GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [1] - -


leibn. marg
1
Hss - Zimmer

Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover
Am Archive 1

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [2] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [3] - -

PUBLIC DOMAIN

Randnoten von

G. W. Leibniz.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [4] - -

PUBLIC DOMAIN

JOHANNIS HENRICI BISTERFELDII, Naſſovii,

Theologiæ ac Philoſophiæ in illuſtri Scholâ Albenſi (dum viveret) Profeſſoris, Celeberrimi,

ELEMENTORVM LOGICORVM

Libri tres:

ad praxin exercendam apprimè utiles.

Atque ita inſtituti, ut Tyro, trimeſtri ſpatio, fundamenta Logices, cum fructu jacere poſsit.

Accedit,

Ejuſdem Authoris,

PHOSPHORUS CATHOLICUS,

SEV


Artis meditandi Epitome.

Cui ſubjunctum eſt,

Conſilium de Studiis feliciter inſtituendis

LVGDVNI BATAVORVM,
EX OFFICINA HENRICI VERBIEST,
cIↃ IↃ CLVII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [5] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [6] - -

PUBLIC DOMAIN

Ampliſsimo, Conſultiſsimo Viro,

D. JOACHIMO à WEVELICHOVEN,

I. V. D.

Reipublicæ Lugduno-Batavæ Conſiliario & Syndico.

NOn exiſtimo, quod A. V. mirum videbitur, cur hunc librum ſub tuo Ampliſsimo nomine in lucem emittam, cum, primum typographiæ meæ fœtum, ampliſsimo tuo Patri dicatum, & benevolo animo exceptum,

non ignores: cui enim majuri jure ſecundus hic meus fœtus debebatur, quam tibi, qui paternarum dignitatum, virtutum, atq; adeo etiam benevoli erga meam tenuitatem animi, ex aſſe hæres es. Minora hæc ſunt, fateor, quam, ut V. A. offerri mereantur, ſed ea eſt ſortis meæ iniquitas, ut majora me V. A. offerre non permittat: quare, A. V. rogo, non tam libelli hujus molem, quam


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [8] - -
PUBLIC DOMAIN

quam animi mei erga A. V. reverentiam & submissionem aspiciat, & eadem porro benevolentiâ me prosequi non dedignetur, quæ votorum meorum summa est.

T. A. Humillimus & subjectissimus cliens,

HENRICVS VERBIEST

LE-



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [10] - -

PUBLIC DOMAIN

LECTORI.

ARS *Logica*, non eodem loco fuit habita, nec eodem modo exculta ac tradita, multis retro seculis. Ante *Aristotelē*, pauca ejus extant vestigia: *Hic* primus, illam reportasse lauream scribitur, quod præceptis eam comprehenderit, eaque, explicatione fusiore, veluti commentariis, exposita dederit: jurene an injuriâ hæc *Philosopho* vendicetur laus, causam non dixero. Id certo est certius, diligen-

tissimè ab *Aristotele* fuisse laboratum circa res *Logicas*, de quibus libellos conscripsisse narratur *Laertio*, ad 72 usque; ex quibus 15 hodie solum sunt superstites, inclusi, præter *Porphyrianam* εἰσαγωγὴν, *Organo Logico*, quod vocant: quibus universam absolvi *Logicam*, qui crediderit, næ ille toto, quod ajunt, errat cælo. Quid enim? an ergo reliqui ab *Aristotele* de rebus *Logicis* conscripti Tractatus, fuere supervacui, aut eadem continuerunt ac reposuerunt? Quis talia

talia credat? Et inter illos 15 *Organo Aristotelis* inclusos, tam nullus est ordo (qui in arte requiritur) ut posteriores citentur in prioribus. Sed de his nunc non est disputandi locus. Ab *Aristotelis* ævo, satis *longo* post intervallo, *Logicam* excoluerunt, *Græci* quidam homines, *Alexander Aphrodisiensis*, *Ammonius*, *Philoponus*, *Themistius*, aliique, *Organon Aristotelis*, variasque ejus partes, *Commentariis* illustrando: neque ulterius est itum. Post *Græcos*, eandem institit

viam, *Arabs Averroes*, inde κατ' ἐξοχὴν, *Commentator*, dictus. Hujus vestigia pressere, *Latini Aristotelis Interpretes*, *Thomas Aquinas*, *Iohannes Duns Scotus*, aliique, sequentium seculorum, a 12 usque ad 15, *Scholastici*, sic dicti, quod *Scholas* omnes, *Academias*, suâ docendi ratione, implevissent, qui omnes, non aliter *Logicam* docuere, quàm *Organon Aristotelis*, fusioribus *Commentarijs*, explicando, atque eundem calcant hîc tramitem, qui in *Cœnobiis*, *Pontificiorum Academiis*, ac

Col-

Collegiis, *Logicam* tradunt, *Monachi* ac *Ieſuitæ*, noſtri temporis, *Scholaſtici*. Sed enim, ſeculo ſuperiori, quo religionem, reformare in *Germaniâ* aggreſſus eſt *Lutherus*; in eadem, *Philoſophiam*, ac ſpeciatum *Logicam*, alia facie coepit proponere *Philippus Melanchton*, *communis Germaniæ Præceptor*, appellatus, &, ut varias *Philoſophiæ* partes, ita & *Logicam*, deſerto *Ariſtotelis* textu, in formam compegit ordinati *Syſtematis*, unde ejus *Logica* in omnibus *Germaniæ* Scholis

lis recepta fuit.

Quod ejus exemplum multi alii Viri docti, quorum fidei tenera juventus, & moribus, & artibus imbuenda, erat commissa, non infeliciter imitati sunt, quos longum foret nimis, hîc recensere. Verum enimverò, omnes in id impegerunt, quod existimaverint, in adornandis *Systematibus Logicis*, rationem sibi esse habendam istius dispositionis, quâ dispositi extant in *Organo*, præter *Porphyrii* libellum, *Aristotelis* libri *Logici*, non

non ſine ingenti errore: nam diſpoſitio iſta, non eſt *Ariſtotelis*, ſed *Interpretum*, pro arbitrio, ab iis facta fictaque. Adhæc, non eâ mente, & iſti rerum Logicarum libri, ab *Ariſtotele* ſunt conſcripti, ut exprimerent totam *Artis Logicæ* formam ac methodum. Denique, ſunt iſti tractatus, diverſo tempore, ad diverſos, ſcripti, à Philoſopho, qui ne ſommiavit quidem talem eorum diſpoſitionem, qualis nunc exſtat; nedũ, ut, pro diſponendâ atque ordinandâ

nandâ *Arte*, inſervire eam, voluerit. Quare exſurrexit in *Galliis*, ante ſeculum, excelſi *Vir* ingenii, magnique animi, *Petrus Ramus*, qui plus ultrà abiit, & *Logicam* conſcripſit, præceptorum, *definitionum*, *diviſionum*, *canonum*, ordinatâ congerie, diſpoſitam; ſed ſic, ut inſuper habuerit fictitiam illam & indiſpoſitam librorum *Ariſtotelis* in *Organo* diſpoſitionem; atque ad ipſius *Rationis* humanæ genium ac normam, expreſſit eam atque compoſuit. Quæ

res,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [18] - -
PUBLIC DOMAIN

res, utcunque nova, ita tamen abripuit atque occupavit Eruditorum animos, ut certatim eam arriperent, atque in Scholis privatim publiceq; explicarent, atque adeò, in multis *Germaniæ* Gymnasiis, nuntium mitterent *Philippeæ* aut *Melanchtonianæ* Logicæ: quin, commentariis passim, *Galli*, *Angli*, *Germani*, *Belgæ*, alii prolixioribus, alii brevioribus, quidam mutatis quibusdam, nonnulli retentis omnibus, *Rami* præceptis, Rameam hanc *Logicam* illustra-

luſtrare, explicare, & ad uſum applicare, adorti ſunt. Nomina eorum, hîc referre nihil eſt opus, ubique ſatis nota. Atque ab hoc tempore, natæ ſunt duæ *Logicorum*, quaſi ſectæ, quarum una, *Melanchtonis* (&, ut putatur, *Ariſtotelis*) altera, *Rami*, inſtitutum ſequeretur, niſi, quod tertia ſit exorta, quæ ex utroque nata, nec *Melanchtonis*, aut *Ariſtotelis*, unius, nec *Rami*, ſolius, veſtigiis inſtitit; ſed cujus Authores, interdum *Melanchtoni, aut Ariſtoteli* interdum

dum *Ramo*, propiores, ex utroque id accepere, quod judicârunt maximè facere, ad artem *Logicam* perficiendam; quales hodie passim in Scholis obtinent, *Kekkermanus*, *Alstedius*, *Burgersdicius*, ac similis farinæ Logici: quorum tamen non idé estin omnibus scopus: nam, qui ad *Melanchtonem* aut *Aristotelem* accesserunt propiùs, sic *Logicam* conscripsere, ut ad disputandum magis conduceret, propter varios terminos ac distinctiones inibi occurrentes: qui

qui *Ramo* propius adhæ-
ſerunt, ita *Logicam* inſtitue-
runt, ut *Praxi*, tum Ge-
neſi, tum *Analyſi*, promo-
vendæ, plus commodaret.
Verum, ut utriſque ſua de-
betur laus, ita utrimque
peccatum eſt hactenus lar-
giter, nimiâ, tum præce-
ptorum, tum commenta-
riorum, prolixitate; quam
non fert hodierna ſtuden-
di ratio, &, ſtudiorũ (proh
dolor!) peſtis, nimia præ-
cipitantia, quâ omnes fe-
rè ſtudioſi, aut neglectâ,
aut leviter tantum guſtatâ,
Logicâ, ad altiorum ſacra
diſci-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [22] - -
PUBLIC DOMAIN

disciplinarum avolant atque involant. Si unquam obtinuit illud decantatũ, non tamen doctis probatũ (*Philosophandum, sed paucis*) hoc nostro obtinet seculo. Sed quid facias, ubi *Mos* Tyrannus est? Atque illud me movit, ut ante sexennium *Synopsin Burgersdicianam* (in scholis hujus provinciæ doceri ac disci solitam) loco *Institutionum majorum*, notis & exemplis brevioribus illustraverim, quæ ad *Melanchtonianam* atque *Aristotelicam* rationem, docendi

Logi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [23] - -
PUBLIC DOMAIN

Logicam, accedit propiùs. Hoc movit hunc Typographum, ut hæc *Elementa Logica Bisterfeldii*, recuderet, quæ *Rameæ*, docendi *Logicam*, rationi, sunt viciniora. Atque in ejus gratiam & petitionem, hanc qualemcumq; præfatiunculam præmisi, *Lector Amice*, quam, ut boni consulas, rogat, qui studiis tuis Logicis ac Philosophicis promovendis, est propensissimus ac paratissimus,

ADRIANUS HEEREBOORD,
Philos. Professor in Acad. Patriâ ordinarius.

Lugd-Bat.
9. Decemb.
1656.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [24] - -
PUBLIC DOMAIN

DISCRIMEN ARISTOTELICORVM & RAMEORVM.

Ex Syntagmate Snellio-Rameo.

QUIA in *Præfatione*, aliquoties facta est mentio *Logicæ Aristotelicæ* & *Rameæ*, operæ pretium est, scire, quinam sint, veri *Aristotelici*, & veri *Ramei*, & contrà. Præcipui, non *Logicorum* tantum, sed & *Philosophorum*, hoc tempore, Coryphæi, sunt *Aristoteles* & *Petrus Ramus*. Eorum sectatores, vocantur *Aristotelici* & *Ramei*, Utrique, aut veri sunt sectatores, aut falsi: sunt enim *veri Aristotelici*; sunt & *Pseudo Aristotelici*; sunt *veri Ramei*; sunt & *Pseudo-Ramei*. *Veri Aristotelici*, & *veri Ramei*, sunt qui

qui ſummo ſtudio æmulantur atq; imitantur virtutes ac laudes *Ariſtotelis & Rami*, vitia autem, nævos, & errores utriuſque, non minus, quàm aliorum, averſantur. *Veri Ariſtotelici, & veri Ramei*, tametſi in nonnullis diſſident ac diſſentiunt, facilè tamen inter ſe conciliari poſſunt, quia alteri alteros audiunt, legunt, commonefaciunt, veritati cedunt, neq; eam temere proſcribunt. *Pſeudo-Ariſtotelici*, & *Pſeudo-Ramei*, non item. Neque obſtat illud, quod pleriq; habent in ore: nempe, *Ramum* nimis ſeverum in *Ariſtotelem* extitiſſe: etenim, *Ariſtoteles*, non minus ſeverus extitit in alios Philoſophos, quin & in optimos etiam Præceptores, *Socratem* & *Platonem*, quo-

quorum, illius, per triennium, hujus, per viginti & unum annos, auditor fuerat, &, quibus omnia, quæ in disciplinis liberalibus assecutus erat, accepta ferre debebat: deinde non tam *Aristoteli*, quàm *Interpretibus* & *Assentatoribus*, ac profanissimis præsertim *Sorbonistis*, resistebat *Ramus*. Hi atq; ipsorum similes longè graviora profitebantur mysteria in *Aristotele* esse, quàm in *Bibliis*: imò impiissima quæque *Aristotelis* liramenta, *Religioni Christianæ* adversissima, summis viribus defendebant, idq; in ignominiam *Christiani Nominis* ac *Religionis*: quasi *Deus*, *Deique* verbum, profano ac pagano *Philosopho* cedere deberet, veritas Christiana nugis & mendacii s

paga-

paganis: &, hinc factum est, ut *Ramus*, *Aristotelē* aut *Aristotelis* errores vel *Aristotelicorum*, notando & arguendo, ipse argueretur, *Religionis Christianæ* fundamenta, enervare ac labefactare: unde & *Ramum*, criminaliter, in judicio, de capite ac vitâ, propter notatos *Aristotelis* & *Aristotelicorum* nævos, accusabant. Atque hæc omnia, *Ramum* paulò acerbiorem fecerunt: ubi *Aristotelem* sine causâ proscindit *Ramus*, id, veri *Ramei*, vel nullo modo probant, vel excusant.

ELE-

ELEMENTORUM LOGICORUM, *LIBER PRIMVS*

DE

Instrumentis Inventionis.

Caput I.

De Logicæ definitione & distributione.

Logica est, *ars ratione rectè utendi*, eodemquè sensu *Dialectica* dicta est.

Cum Logica sit ars, utique tota consistit in usu, qui per universam Encyclopædiam. i. e. Theologiam, Jurisprudentiam, Medicinam, Philosophiam, ac mechanicam, omnesque status vitæ humanæ, spargitur.

Logica est, vel generalis, vel specialis.

Logica generalis est, quæ instrumentorum logicorum naturam explicat.

Instrumenta logica sunt notiones, ex rerum collatione à mente inventæ, ut illarum habitudinem repræsentando, ipsam in differendo juvent.

Notio est imago, quâ aliquid in mente repræsentatur, estque *Prima,* quæ immediatè res ipsas, ut *Homo:* vel *Secunda,* quæ primarum habitudinem artificiosè repræsentat, ut *casus* in grammaticâ, *genus* in eadem arte & in Logicâ: Illa in Scholis vocatur impositionis & intentionis primæ, hæc secundæ.

Instrumenta Logica sunt inventionis vel dispositionis. Illa dicuntur *in complexa & termini simplices,* hæc *complexa & termini compositi. Instrumenta incomplexa sunt bases, semina & normæ complexorũ.*

Hic notandum *complexionem terminorum* aliam esse *topicam* seu *inventionis,* quâ non raro plurimis vocibus res una exprimitur. Aliam *Criticam* seu *dispositionis,* quâ res distinctæ menti objiciuntur.

Inven-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [30] - 2
PUBLIC DOMAIN

Inventio est, prima mentis actio, quâ singulas notiones distinctè percipit.

Instrumentum inventionis est, thema vel argumentum.

CAP. II.

De Themate:

THema *est instrumentum inventionis, quod mentem rei cogitandæ seu notificandæ congruè unit,* hoc est, veluti janua & centrum omnis meditationis: ac medetur primo gravissimoque mentis morbo, nimirum, INCOGITANTIÆ.

Ejus videnda convenientia & differentia.

Convenientia thematis est, ejus, cum differentium facultatibus. I.e. cum intellectu, voluntate & potentiâ executivâ, ac *statu,* itemque *cum circumstantiis* nimirum loco & tempore, & *cum ipsâ tractatione, congruentia.*

Differens est, vel proponens, ut orator, præceptor, vel percipiens, ut auditor, discipulus.

Differentia thematis, est certus ejus modus ac gradus.

Eam explicat Logica Specialis, & *cognoscitur ex reductione*, quâ cogitatur, ad quænam principia thema pertineat.

CAP. III.

De Argumentis in genere.

ARgumentum est, instrumentum inventionis quod mentem rebus thema notificantibus congruè applicat. Ciceroni dicitur *Locus inventionis.* h.e. herma seu index meditationis. Docet enim miscere terminos Encyclopædiæ, adeoque medetur secundo mentis morbo, scilicet IGNORANTIÆ.

Argumentum consideratur in genere & specie.

In genere videndæ sunt ejus affectiones & usus. Affe-

Affectiones sunt, relatio, nexus & immeatio.

Relatio est, quâ thema & argumentum se mutuo respiciunt.

Undè se mutuo notificant, potest q; ex themate fieri argumentū. Sic cognitio creaturæ facit ad cognitionem Creatoris, & vicissim cognitio creatoris facit ad cognitionem creaturæ.

Nexus est relationis gradus. Estque vel *necessarius* vel *contingens.*

Necessario cohærent, quorum unum non potest esse sine altero, ut *Deus & Iustitia. Contingenter cohærent*, quorum unum potest esse sine altero, ut *Deus potest esse sine mundo.*

Necessario disjunguntur, quorum unum non potest esse cum altero, ut Homo non potest esse brutum: *Contingenter disjunguntur*: quæ ita disjunguntur ut possint conjungi, ut homo & sapientia. Doctrina Logica de necessariis, Peripateticis dicitur *analytica*, de contingentibus, *Topica.*

Uterque *nexus* est, *propinquior vel remotior.*

Immeatio est, relationum concursus, quo unum argumentum admittit aliud.

Hæc quoniam universæ Logicæ εὐπορίας clavis, nucleus & colophon est, nonnullisque ob vocis raritatem videtur obscurior, necessum est, ut ejus originem & usum tradamus paulò explanatius. 1. *Immeatio est mutua rerum unio & communio.* Hanc primùm observarunt Theologi in SS. Trinitate, eamquè vocarunt ἐμπεριχώρησιν. q. d. inexistentiã, quorum industriâ acutiores quidam philosophi excitati, deprehenderunt immeationem diffundi per naturam, ejusque adeò picturam Encyclopædiam. Hinc est. 2.

Realis vel mẽtalis: utraq;, efficacissima.

Realis, est mutua rerum in naturâ occurrentium unio & communio: quæ se maximè exerit *in rebus sublimioribus, puta divinis ac spiritualibus;* ut in Chri-

sti

sti personâ, naturis, Officiis, variisque ad Ecclesiam respectibus; *in Mathematicis*, numeris scilicet ac figuris, in primordiis *physicis & opticis*, v. g. in elementis, radiis, coloribus, influxibus; *in symbioticis*, v.g. in virtutibus ac vitiis, contractibus, actionibus, processibus; *in Medicis*, morbis & remediis, uno verbo in omnibus omnino disciplinis, disciplinarumq; partibus.

3. *Immeatio mentalis est, mutua cogitationum humanarum unio ac communio*; quâ modo prorsus admirabili mutuoque quodam illapsu se mutuo explicant, probant ac amplificant & multiplicant, undè necessario resultat *Immeatio artium & notionum secundarum*, maximè logicarum. Eaque duplex. 4. *Generalis* vel *Specialis*. *Illa est, quâ una eademque res pro diverso* ad diversas res *respectu potest induere omnes vel plerasque notiones logicas*, ut homo pro diverso respectu potest esse causa, effectum, subje-

ctum, adjunctum, totum, pars, & sic deinceps. Item causa potest esse subjectum, diversum, pars, simile. *Specialis est, quâ una eademque res pro diverso ad eandem rem respectu potest induere varias notiones logicas.* Sic Deus est prima causa efficiens, exemplaris, & finalis omnium creatorum. Rom. 11. 15. Christus est causa efficiens, exemplaris & objectum divinæ prædestinationis; Semen est causa efficiens, instrumentalis & materialis seminati: Actio immanens directa est effectum & adjunctum agentis, reflexa præterea est ejusdem objectum. Hæc specialior utpote subtilior, hactenus fuit minus observata. Nos hic agimus de utraque. 5. *Usus immeationis est infinitus*, idquè tam in genesi quàm in analysi. Cum n. notiones logicæ debeant repræsentare rerum habitudines: hæ vero tam mirificè inter se sint compositæ ac complicatæ, ut uno simplici termino Logico

gico ex ſi hauriri nequeant, aut rerum natura ignoranda, aut præſentiſſimum immeationis auxilium adhibendum eſt. Ut enim in geneſi inſigniter juvat ingenii perſpicaciam ac Solertiam, ſic in analyſi judicii acumen ac acrimoniam: Crudam ſanè & mancam inſtitues analyſin, ſi unico termino ſimplici coneris explicare, cur Chriſtus dictus ſit ſermo, imago, primogenitus, item ejus ad oblationem ſui habitudinem; cum ſit ſacerdos, altare, victima: adeoque oblationis cauſa princeps, inſtrumentalis & objectum. Similiter rationem antitypi ad typum minimè evolveris, niſi dicas illud eſſe cauſam exemplarem, objectum & ſimile hujus; nec penetrabis emphaſin phraſeos. *In Nomen alterius baptizare.* ni obſerves exprimere ſummã cauſam finalem efficientem, & exemplarem Quantus verò in diſputationibus ejus ſit uſus, vel hinc patet quod omnes

distinctiones in eâ fundentur. Nunquam solveris hæc & similia sophismata. Pater est major filio. Filius est effectum Patris, Ergo Filius non est æqualis Patri; nisi ostenderis imparia uno, posse esse pario alio, & rem, quæ est effectum uno, posse esse causæ coessentialem modo alio. Hæc sufficiant hac vice; siquidem tantæ profunditatis ac utilitatis hæc res sit, ut amplissimum mereatur commentarium, universæque metaphysices structura & usus, quin rerum disciplinarumque panharmonia, hoc fundamento nitatur.

Vsus argumentorum est vis, quâ possunt notificare thema.

Notificatio thematis est simplex, eaque vel explicatio, vel probatio; vel combinata, aut amplificatio:

Explicatio est notificatio thematis obscuri, thema explicandum vocatur thema simplex à Practicis, estquè basis sequentium. Ei egregiè inser-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [38] - 10
PUBLIC DOMAIN

ſerviunt novem ſequentes quæſtiones affirmativè & negativè thematiapplicatæ. *Quid, de quo, quare, quantum, quale, quando, ubi, quomodo, & cum quo*, Itaque in ſingulis locis inventionis occurrunt canones declarantes, qui facile inveniuntur, ſi ex argumentorum definitionibus ac diſtributionibus conſectaria deducantur. E. G. Cauſa eſt principium à cujus vi res pendet. Si cauſa eſt principium, erit utique effectu ſuo ordine naturæ, diſtinctàque cognitione prior, nihil erit cauſa ſui ipſius. Si à vi cauſæ pendet effectus, utique cauſa habebit illam vim *formaliter* eodem, vel *eminenter* perfectiori modo: effectus erit proportionalis illi virtuti, adeoque ſuæ cauſæ. Si effectus pendet à vi cauſæ utique ens independens non erit effectus. E. g. creatura libera erit independens.

Probatio eſt notificatio thematis dubii, quod vocatur *thema compoſitum* &

proponitur per quæstionem *An*, *Num vel*, *utrum*. Itaque in singulis locis inventionis occurrunt *Canones demonstrantes* quę facilè inveniuntur & multiplicantur, per EST & NON EST, TALE & TANTVM hoc modo.

1. Si est Consentaneorum unum, est & alterum, *modo graduque congruo*; Et si non est unum, nec alterum est. *Modus gradusque congruus est, qui cum rerum & argumentorum definitionibus consentit*; ut si est causa est effectum. Viciſſim si est subjectum est adjunctum; si connexorum, parium, similium unum, etiam alterum; si est totum sunt partes; si testimonium res quoque testatæ, & sic deinceps. Nempe ex necessariis necessario, ex contingentibus concludis contingenter.

2. Consentanea sunt proportionalia. Itaque quale & quantum est unum, tale & tantum quoque est alterum; ut si causa est bona, mala,

eadem,

eadem, diversa, contraria, par, major, minor, similis, dissimilis, totalis, partialis, divina, angelica, humana, naturalis, supernaturalis, effectus erit etiam bonus, malus, idem, diversus, contrarius, par, major, minor, similis, dissimilis, totalis, partialis, divinus, angelicus, humanus, naturalis, supernaturalis.

3. Quæ res est dissentaneorum unum, & non est alterum, correlatum, dissentaneum, ut quæ res est relatorum unum, ea non est relatorum alterum; sic pater non est filius, ut, si hæc res est hujus causa, subjectum, antecedens, totum &c. utique non ejus est effectus, adjunctum, consequens, pars &c: salvis scilicet legibus dissensionis, hæ enim si violentur, non erunt dissentanea, sed consentanea, poteritque locum habere immeatio.

4. Si dissentaneorum unum est tale & tantum, alterum non est tale

&

& tantum, quatenus ſcilicet diſſentaneum eſt, ut ſi calor expandit, frigus contrahit; ſi virtus eſt laudanda, vitium eſt vituperandum; ſi ſalvantur fideles, damnantur infideles. Cave à. confundas attributa communia & per accidens (quorum reſpectu res conſentaneæ ſunt) cum attributis propriis & per ſe.

Intellige hic conſenſionem & diſſenſionem quæ per univerſam Logicam ſpargitur.

Atque hoc facili artificio non ſolum poſſunt omnes hactenus à Logicis inventi canones inveniri, intelligi, memoriaque teneri, ſed & multiplicari, corrigi, ſicque ex regulis variis exceptionibus enervatis, catholicæ omnique exceptione majores conſtitui.

Amplificatio eſt notificatio varia, ſeu eſt explicationis & probationis iteratio.

In ſpecie argumentum eſt, artificiale vel

vel inartificiale.

Artificiale est, quod habet vim insitam notificandi thema.

Estque primum vel ortum.

Primum est, quod habet vim notificandi à se ipso.

Estque absolutum vel comparatum.

Absolutum est, quod per se ipsum & solum notificat thema.

Absolutum est simplex vel combinatum.

Simplex quod unico modo notificat thema.

Estque consentaneum vel dissentaneum strictè dictum.

CAP. IV.

De Argumentis consentaneis.

CONsentaneum argumentum est, quod vi convenientiæ notificat suum thema, ideoque est fons unitatis ac identitatis.

Estque efficax vel nudum.

Cen-

Cenſentaneum efficax eſt, quod aliquam communicationem infert.

Eſtque primarium vel ſecundarium.

Argumenta conſentanea primaria ſunt, quorum unum facit ad alterius eſſentiam.

Hæc ſunt inter ſe ſicut parentes & liberi.

Suntque cauſa vel cauſatum ſeu effectum.

Cauſa eſt Principium, à cujus vi res ſeu cauſatum *pendet*; ut Deus eſt cauſa, mundus eſt effectum.

Itaque poſitâ vel negatâ vi cauſæ ponitur vel negatur effectus, modo graduque congruo. Vis illa dicitur *Cauſalitas*.

Cauſæ diviſiones ſunt communes vel ſpeciales.

Communes ſunt, quod cauſa ſit. 1. *Solitaria vel cum aliis conjuncta. Solitaria* eſt, à cujus ſolius vi pendet effectus, ut ſolus Deus creavit mundum: Chriſtus ſolus pro nobis ſatisfecit.

fecit. *Cauſæ conjunctæ* ſunt *Subordinatæ* vel *coordinatæ*. *Subordinatio* eſt, ordo cauſarum ſuperiorum & inferiorum; ſic Deo ſubordinatur Sol, Soli elementa. *Coordinatio* eſt, ordo cauſarum ad eundem effectum, ita ut una non influat in alteram, ut duo equi trahentes currum, duo conſules gubernantes Romam: 2. *Principalis* quæ primariam; vel *minus principalis*, quæ ſecundariam vim confert, ut Deus eſt cauſa primaria converſionis hominum, paſtores ſecundaria.

In ſpecie Cãſa eſt externa vel interna. Cauſa externa eſt, quæ effectui eſſentiam dat, ſed illam non ingreditur.

Hæc competit omnibus effectis, adeoque & angelis, animæ rationali, materiæ primæ, & formis. Itaque eâ negatâ neceſſario negatur cauſa interna. Hic nota cauſas eſſe ſibi mutuo cauſas in diverſo cauſandi genere.

Cauſa externa eſt finis vel efficiens.

Finis

Finis est causa externa, cujus gratia res est.

Itaque sui desiderio movet efficientem, ut adhibeat media fini, & sibi ipsis congrua. Negato igitur fine negatur efficiens. Nam Deus, Natura, & Ars nihil faciunt frustra.

Finis est 1. *Summus*; ut Dei gloria. vel *subordinatus*, ut salus Reipublicæ & finis rerum politicarum. 2. *Cujus*, ut salus æterna; vel *Cui*, ut homo salvandus.

Efficiens est, causa externa à quâ res est.

Ejus causalitas est vis agendi, quæ rebus quidem immaterialibus simpliciter dare potest essentiam, materialibus vero prævià materiæ dispositione; Cum verò omnis communio præsupponat unionem, inter efficientem & effectum requiritur contractus essentialis, vel saltem virtualis.

Efficientis divisiones sunt tres, quæ se im-

immeant seu subdividunt.

1. *Efficiens est procreans, conservans, vel corrumpens. Illa facit rem esse.* ut parentes procreant infantem. *Ista* facit eam *porro vel melius esse*, ut nutrix conservat infantem : *hæc* facit *rem non esse vel pejus esse* ut morbus corrumpit infantem.

2. *Efficiens est, principalis vel minus principalis. Efficiens principalis est, à cujus vi primariò pendet effectus.* Estque *solitaria*, ut solus David trucidavit Goliathum; vel *Socia* ut Levi & Simeon trucidarunt Sichemitas.

Efficiens minus principalis est, à cujus vi secundariò pendet effectus.

Estque impulsiva vel instrumentalis.

Causa impulsivâ, quæ sua existentiâ principalem movet ad agendum.

Estque interna vel externa.

Impulsiva interna seu προηγουμενη *est certa dispositio agentis.* Sic temperamentum est causa affectuum:

Impulsiva externa seu προκαταρκτικη, *est*

certa

certa dispositio rerum ab agente diversarum. Sic objecta sunt causæ affectûm. Externa autem impulsiva est inefficax sine internâ.

Causa instrumentalis est, quam principalis sibi subordinat, & ad agendum applicat, sic gladius est instrumentum militis.

Instrumentum totum consistit in usu. Huc pertinet *causa exemplaris,* quæ est idea seu exemplar futuri operis.

3. *Efficiens est per se vel per accidens.*

Efficiens per se est, quæ suâ vi agit.

Estque naturalis vel libera.

Efficiens naturalis est quæ ad actionem actionisque modum ac gradum à natura est determinata. Sic magnes trahit ferrum, seque movet versus polum arcticum.

Efficiens libera est, quæ prævio indifferenti rationis judicio, se ipsum ad actionem actionisque modum ac gradum determinat. Sic Deus facit omnia extra

se

se quæ vult; homo liberè peccat.

Efficiens per accidens est, quæ non suâ sed alienâ scil: rei conjunctæ vi efficit.

Estq; talis ratione naturæ vel voluntatis.

Ratione naturæ, causa per accidens agit; vel præter naturam, diciturque *casus*, ut si puer nascatur cum sex digitis in unâ manu; *vel contra naturam particularem*; ut motus corporis violentus.

Ratione voluntatis, causa per accidens agit, vel præter voluntatem ex ignorantiâ aut imprudentiâ, ut cum quis cervum petiturus hominem interficit, *vel contra voluntatem*, ut cum Eleazar. 2. Maccab. 6. v. 18. coactus fuit vesci carne suillâ.

Talis est causa per accidens, quæ semper reducenda est ad causam aliquam per se.

Causa interna est, quæ suam essentiam dat causato. Hac positâ necessariò ponuntur causæ externæ.

Estque vel Materia vel Forma.

Mate-

Materia est, causa interna ex quâ res est.

Hæc formam recipiendo constituit compositum.

Materia est 1. *Generationis*, ex quâ res fit, ut pullus ex ovo. vel *constitutionis*, ex quâ res constat, ut pullus constat corpore. 2. *Prima*, ut Chaos est materia mundi. vel *Secunda*, ut materia rerum naturalium & artificialium.

Et hæc est remota vel proxima. Accidentium materia dicitur *materialis*.

Forma est causa interna, per quam res est.

Hæc materiam perficiendo constituit compositum, adeoque est fons essentiæ, distinctionis facultatum, operationis & perfectæ scientiæ. Positâ forma ponuntur causæ præcedentes omnes.

Forma est 1. *Subordinans* seu totalis, ut anima rationalis in homine;

vel

vel *subordinata* & partialis ut forma cordis humani. 2. *Substantialis*, ut forma plantæ; vel *Accidentalis*, ut forma conjugii & hæc dicitur *formale*. 3. *materialis*, quæ ex materia deducitur ut anima equi: vel *Immaterialis*, quæ in materiam introducitur, ut anima hominis.

Causatum est, quod à vi causæ pendet.

Estque finitum, effectum strictè dictum, materiatum vel formatum. Ejus definitiones & divisiones, respondent definitionibus, divisionibus & canonibus causarum.

Argumenta consentanea secundaria sunt, quorum unum alteri præter essentiam additur.

Suntque subjectum vel adjunctum. Hęc sunt quasi consanguinea, collateralia.

Subjectum est, cui aliquid præter essentiam additur.

Estque recipiens vel occupans.

Subjectum recipiens est, quod sibi unit adjunctum.

Est-

Eſtque recipiens in ſe vel ad ſe.

Subjectum in ſe recipiens eſt, quod adjunctum intimè ſibi unit: ſic ſubſtantiæ recipiunt accidentia. Et res durans eſt ſubjectum durationis.

Subjectum recipiens ad ſe eſt, quod adjunctum ſibi unit externè. Sub hoc continetur ſubjectum recipiens *ad ſe & circa ſe.* Sic ſubſtantia additur ſubſtantiæ: ut homini veſtitus; arma, bona fortunæ. Sic locus eſt ſubjectum rei locatæ.

Subjectum occupans ſeu objectum eſt, cui ſe unit adjunctum. Huc pertinent objecta facultatum, cognoſcentium, appetentium, & exequentium, ut

Navita de ventis, de tauris narrat arator, Enumerat miles vulnera, paſtor oves.

Eſt a. Objectum adæquatum vel in adæquatum, & hoc majus vel minus.

Adjunctum eſt quod alicui præter eſſentiam additur, ſeu unitur.

Eſtque receptum vel occupatum.

Adjun-

Adjunctum receptum est, quod unitur subjecto.

Estque receptum in rem vel ad rem.

Adjunctum receptum in rem est, quod intimè Subjecto unitur. ut, accidentia quæ subjecto inhærent. Dicitur alias adjunctum inhærens.

Adjunctum receptum ad rem est, quod extrinsecè unitur subjecto.

Estque adhærens, ut vestis. vel *Circumstans*, ut, concio circumdans oratorem.

Adiunctum occupatum est, quod se unit subiecto, ut substantia, potentia, vel actio circa aliquam rem occupata.

Vtrumque adiunctum, tum receptum tum Occupatum est commune vel proprium.

Adiunctum Commune est, quod pluribus in est, ut albedo.

Adiunctum Proprium est, quod omni soli semper inest, ut risibilitas homini.

Posito vel negato subjecto, ne-

ceſſario ponuntur vel negantur proprietates omnes,& viciſſim. Et, poſitâ proprietate unâ ponuntur vel negantur omnes.

Sequuntur argumenta conſentanea nuda, inter quæ tantum ordo quidam apparet. Hæc ſunt quæ collateralia, affinia.

Suntque ſubordinata, ut *Antecedens & conſequens:* vel *Coordinata*, ut *connexa.*

Argumentum antecedens eſt, quod eſt ante ſuum thema, ut ex nihilo factus eſt mundus, ex puero fit ſenex.

Argumentum conſequens eſt, quod eſt poſt ſuum thema; ut David regnavit poſt Saulem.

Negato antecedente, negatur conſequens: ut nondum eſt Adoleſcens. E nec eſt ſenex. Sed poſito antecedente non protinus ponitur conſequens, ut N.V.C. eſt adoleſcens E. & ſenex. Poſito a. conſequente, ponitur antecedens; ut eſt ſenex, ergo fuit

fuit adoleſcens. Non v. negato conſequente, negatur antecedens: ut N. V. C. non eſt ſenex E. nec adoleſcens.

Connexa ſunt, quæ ſimul ſunt, ut coordinatæ partes, facultates ac proprietates, locata coordinata, & res eodem tempore exiſtentes.

CAP. V.

De Argumentis Diſſentaneis.

SEquuntur *argumenta diſſentanea, quorum unum notificat alterum vi diſconvenientiæ.* Ex iis fluit non identitas, ſeu multiplicitas rerum, itemque *antitheſis.*

Diſſentanea ſunt communia vel ſpecialia.

Diſſentanea communia ſunt, contradicentia, quorum alterum negat generaliter ſeu ubique. ut Ens non Ens. Homo non Homo.

Contradictio est dissensio prima, ac clarissima: unde longè maximus est ejus in disputando usus.

Est a. *Explicita*, ut Deus non Deus, Creatura non Creatura, vel *Implicita*, ut Deus factus, creatura infinita.

Dissentanea specialia sunt, in quibus est specialis & certa negatio.

Suntque Diversa vel opposita.

Diversa sunt, quæ ita dissentiunt, ut inter se consentire seu uniri possint. Sunt itaque vel distincta tantum, vel non unita quidem sed tamen unibilia. Pietas non est eruditio: Hic pius non est pauper. Ulysses est facundus sed non formosus.

Hinc pro diverso statu unientium, uniendorum ac unionum iidem termini sunt revocandi, jam ad diversa, jam ad disparata; Sic *ferrum & natare* virtute naturali sunt disparata, divinâ, diversa. *Humana natura propria subsistentia prædita, & divina natura* sunt disparata, sed.

sed si illa careat subsistentiâ propriâ, sunt diversa. *Argentum* & *aurum* respectu unionis intrinsecæ & essentialis sunt disparata, respectu extrinsecæ & accidentalis sunt diversa.

Eorum usus excellit in distinctione.

Opposita sunt, quæ ita dissentiunt, ut inter se consentire seu uniri nequeant. Hinc posito uno negatur alterum.

Leges oppositionis sunt quatuor.

Res, ac pars eadem, respectus, tempus, idemque.

Res. i.e. Subjectum. Ad *respectum* pertinet modus.

Per tempus indicatur circumstantia, adeoque & loc us .Harum legum si vel unica violetur, nulla est oppositio.

Opposita sunt disparata vel Contraria.

Disparata sunt, quorum unum multis pariter opponitur.

Talia sunt multæ species aut individua ejusdem generis, species diversorum generum, & privationes ejusdem aut diversi generis: si nimirum

ſuâ naturâ interſe uniri nequeant, ut aurum, arbor, equus, ſtultitia, veracitas.

Poſito uno diſparatorum neceſſariò negatur aliud, ſed non ſtatim negato hoc, ponitur illud, quia non ſunt tantum duo ſed plura.

Contraria ſunt, quorum unum uni tantum opponitur.

Contraria juxta ſe poſita clariſſimè eluceſcunt, & poſito uno negatur alterum: ac negato uno ponitur alterum in ſubjecto habili.

Contraria ſunt vel affirmantia vel negantia.

Contraria affirmantia ſunt, quorum utrumque eſt terminus poſitivus.

Suntque adverſa.

Adverſa ſunt contraria affirmantia, quæ ſibi è diametro ſeu abſolutè opponuntur. ideoque ſub eodem genere maxime diſtant.

Peripateticis dicuntur *Contraria per excellentiam.* Talia ſunt ſpecies imme-

immediatè oppoſitæ per omnia prædicamenta: ut Homo & Brutum, linea recta & curva, calor & frigus.

Contraria negantia dicuntur privantia, quorum alterum negat habitum in ſubjecto capaci.

In his itaque habitus & privatio opponuntur.

Habitus eſt reſpoſitiva ſeu affirmans, quæ rei per naturæ vel intelligentis alicujus ordinationem ineſt. ut Viſus, libertas.

Privatio eſt habitus abſentia: ut Coecitas, ſervitus. *Eſtque totalis*, quæ potentiam & actum tollit, ut mors. vel *partialis*, quæ actum tantum tollit, ut ſomnus.

Ab illa non datur naturaliter regreſſus ad habitum, ab hac datur.

Sic fuit argumentum abſolutum, ſimplex ſequitur.

Combinatum, quod vario modo notificat thema.

Hujus generis ſunt varia, ut ſupra

in immeatione fuit indicatum: Excellunt tamen *Relata.*

Relata sunt argumenta, ex consensione & dissensione composita, quæ amicè inter se opponuntur.

Hinc sunt radix omnis unionis ac multitudinis. Unde in usu utramque vim exserunt. ut, si aliquis est Pater etiam aliquis erit filius: Et viciſſim: & Pater non est filius. Si aliquis est Dominus etiam aliquis erit servus; & Dominus non est servus. Si aliquis est maritus, etiam aliqua erit uxor: Et maritus non est uxor.

CAP. VI.

De Argumentis Comparatis.

HActenus de argumentis simplicibus: sequuntur comparata, quæ in aliquo tertio conferuntur.

Tertium est terminus, in quo utrumque extremum convenit vel non convenit.

Ejus-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [60] - 32
PUBLIC DOMAIN

Ejusmodi tertia possunt esse omnes termini Encyclopedię, excellunt tantum generaliores. Est a. tertium veluti centrum comparationis: Unde comparata vi comparationis sunt æquè nota, ac ficta etiam arguat.

Comparatio est explicata vel contracta.

Comparatio explicata est, quæ extrema distinctè in tertio confert: ideoque constat *protasi* seu propositione, & *apodosi*, redditione.

Protasis est pars antecedens comparationis, & plerumque continet argumentum.

Apodosis est pars consequens comparationis & plerumque continet thema. E. G. Sicut ex parvis seminibus arbores, sic ex principiis exiguis nascuntur disciplinæ. Hic pars antecedens est protasis, consequens apodosis.

Comparatio contracta est, quæ extrema breviter in tertio confert, ea vel notis indicatur, ut Improbus est instar glu-

næ. *vel ſine notis eſſertur*, ut Homo eſt bulla.

Comparata ſunt in quantitate vel in qualitate.

Comparata in quantitate ſunt, quorum tertium eſt quantitas ſeu gradus,

Quantitas hic ſumitur generaliſſimè, ita ut vagetur per omnia prædicamenta, ſeu per quam reſpondetur ad quæſtionem *quantus*.

Comparata in quantitate ſunt paria vel imparia.

Paria ſunt, quorum quantitas eſt eadem: Talia ſunt, quibus eadem magnitudo vel numerus attribuitur, ut, Tantus eſt Dei filius quantus eſt Pater. tot ſunt electi quot ſunt vere fideles.

Itaque de Paribus par judicium eſt ferendum.

Imparia ſunt, quorum quantitas eſt diverſa.

Suntque maiora vel minora.

Maius eſt, cuius quantitas excedit,

ut

ut, cœlum præstat terræ.

Minus est, cujus quantitas exceditur, ut, corpus est ignobilius animâ.

De imparibus impar judicium est ferendum.

Comparata in qualitate sunt, quorum tertium est qualitas seu modus. Qualitas hic quoque generalissimè sumitur, ita ut per eam respondeatur ad quæstionem *qualis?*

Comparata in qualitate sunt similia vel dissimilia.

Similia sunt, quorum qualitas est eadem.

Similitudo est explicata vel contracta.

Similitudo explicata est continua vel disjuncta.

Similitudo continua est inter tres terminos. Quorum ut primus se habet ad secundum, ita se habet secundus ad tertium. e. g. sicut se habent 2. ad 4. sic, 4. ad 8. ut Lex se habet ad Magistratum, sic magistratus se habet ad populum.

Simi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [63] - 35
PUBLIC DOMAIN

Similitudo disiuncta est, quæ constat quatuor terminis: quorum ut primus se habet ad secundum, ita se habet tertius ad quartum. E. g. sicut se habent 2. ad 4. Sic se habent 3. ad. 6. ut se habet nauclerus ad navim, sic se habet Princeps ad Rempubl.

Similitudo contracta est: brevior; ut Christus est instar agni. Christus est vitis. Sic omnis metaphora est similitudo contracta.

Dissimilia sunt, quorum qualitas est diversa. ut, sapiens non est instar lunæ. Non sicut justus tandem florebit, ita & impius.

CAP. VII.

De Argumentis ortis.

SIc se habent argumenta prima: Orta sunt, quæ à primis habent vim notificandi thema, ideoque ex iis intelliguntur & judicantnr.

Suntque realia vel nominalia.

Orta

Orta realia sunt, quæ thema per rem notificant.

Suntque simpliciora vel compositiora.

Orta simpliciora sunt, totum & pars.

Totum est, unum ex pluribus constans.

Pars est, unum illorum ex quibus totum constat.

Totum est primarium vel secundarium. Similiter *pars est primaria vel secundaria.*

Totum primarium est actuale vel potentiale.

Totum actuale est, cui partes sunt essentiales.

Hoc primariò competit substantiis corporeis, secundario accidentibus.

Totum actuale est essentiale vel integrale.

Totum essentiale, quod constat materiâ & formâ. ut homo constat corpore & animâ.

Totum integrale est, quod constat ex partibus materiæ, ut hominis corpus con-

constat artubus & ventribus.

Estque similare seu homogeneum, *vel dissimilare* seu heterogeneum. Illud est, quod est *ejusdem essentiæ* cum partibus; ut, aqua est totum similare: hoc, ejus quod est *diversæ essentiæ* cum partibus: ut, Corpus humanum.

Toti primario actuali opponitur pars per excellentiam sic dicta. Undè *pars* dividitur ut suum totum, ita ut sit *essentialis* vel *integralis*, & hæc *similaris* seu homogenea, vel *dissimilaris* seu heterogenea.

Est *a. pars integralis alia principalis, sine quâ totum esse nequit.* Quomodo cerebrum est pars hominis. *Alia minus principalis, sine quâ totum esse potest.* quamvis sit mutilum, sic brachium est pars hominis.

Totum potentiale dicitur totum universale, & simpliciter universale.

Totum universale est, totum partibus suis essentiale, seu est unum multiplicabile, & prædicatur *in quid* de suis infe-

inferioribus. Unde quicquid illi competit, competit quoque vel non competit ei, cujus est universale.

Totum universale est genus vel species.

Genus est, totum essentiam dans speciebus.

Genus primò est univocum vel analogũ.

Genus univocum est, quod æqualiter suis speciebus communicatur.

Sic animal est genus univocum hominis & bruti.

Genus analogum est, quod suis speciebus communicatur inæqualiter.

Sic ens est genus substantiæ & accidentis.

Deindè genus est generalissimum, quod supra se genus nullum habet. ut, ens; vel *subalternum, quod respectu inferiorum est genus, respectu verò superiorum est speeies.* ut Corpus.

Species est totum essentiam suam accipiens à genere. Hæc respectu generis est pars.

Species est 1. *Vnivoca vel analoga.* 2. *Subal-*

Subalterna ut animal, vel *ſpecialiſſima* ſeu infima, quæ eſt proxima individuis, ut homo.

Individum eſt, quod eſſentiam ſuam accipit à ſpecie ſpecialiſſimâ; ſeu eſt, *Res quæ multiplicari nequit.* ut Paulus Petrus.

Congrua generum ac Specierum ſubordinatarum catena conſtituit *ſcalam Entis & mentis* cujus aſcenſus & deſcenſus eſt utiliſſimus.

In iſtâ porro catenâ cernitur *convenientia* ſeu identitas, eaque genericà, ſpecifica & numerica, ſeu individualis; itemque *differentia* ſeu *diverſitas*, eaque ſimiliter generica, ſpecifica & numerica ſeu individualis, ubi excellit differentia ſpecifica, quæ genus reſtringit ad ſpeciem, ſic τὸ rationale reſtringit animal ad hominem.

Totum ſecundarium eſt ſubjectum vel adjunctum.

Totum ſubjectum eſt, cujus partes

ſunt

ſunt adjuncta.

Sic homo eſt totū reſpectu docti & indocti.

Totum adjunctum eſt, cui partes ſunt ſubiecta. ſic bona ſunt totum reſpectu animi & corporis. Hinc intelligitur quid ſit *pars ſecundaria.*

Argumentum ortum reale compoſitius eſt, quod circa totius & partium collationem verſatur.

Ideoque ſuo themati eſt adæquatum & reciprocum.

Eſtque inductio vel reſolutio.

Inductio eſt partium ad totum conſtituendum collectio: ut duo & tria ſunt quinque.

Reſolutio eſt totius in partes diſtinctio.

Eſtque diſtributio vel definitio.

Diſtributio eſt totius in partes toti quidem conſentaneas, inter ſe vero diſſentaneas reſolutio.

Diſtributio diſtribuitur ut totum.

Itaque eſt, *primaria vel ſecundaria.*

Diſtributio primaria eſt partitio vel diviſio.

Par

Partitio est totius actualis in suas partes distributio.

Estque essentialis: ut, cùm corpus distribuitur in materiam & formam, *vel integralis*, ut, cùm mundus distribuitur in cœlum & in terram.

Divisio est distributio generis in species, ut corpus est simplex vel compositum.

Distributio secundaria est, ex quibusdam causis, ut effectis, subiectis & adiunctis.

Sic animalia imperfectiora producuntur à sole, vel à suis parentibus. Bestiæ quædam ruminant, quædam non ruminant. Homines sunt Asiatici, Europæi, Africani vel Americani.

Hominum alii sunt cholerici, alii sanguinei, alii phlegmatici, alii denique melancholici.

Definitio est, quæ explicat quid res sit.

Hæc totum resolvit in partes tùm toti, tum sibi ipsis consentaneas.

Est-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [70] - 42
PUBLIC DOMAIN

Estque perfecta vel imperfecta.

Definitio perfecta est, quæ thematis essentiam clarissimè notificat.

Hæc plærumque constat genere & differentiâ proximis. ut, homo est animal rationale. Peccatum est illegalitas.

Definitio imperfecta dicitur Descriptio, quæ definiti essentiam minus clarè explicat, ut homo est corpus intelligens, seu est animal risibile.

Hæc vel non utitur argumentis maximè consentaneis, vel iis quædam demit aut addit.

Argumenta orta nominalia sunt, quæ thema per nomen notificant, seu vi nominis arguunt.

Nomen est vox à naturâ intelligente ad rem aliquam significandam electa. comprehendit sub se voces simplices & phrases.

Argumenta nominalia sunt absoluta vel comparata.

Argumenta nominalia absoluta sunt, quæ

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [71] - 43
PUBLIC DOMAIN

quæ nomen ad rem significatam referunt.

Suntque notatio vel vocis ambiguæ distinctio.

Notatio est Logica nominis è suâ origine explicatio. ut, homo dictus est ab humo, quia ex humo sumptus est.

Vocis ambiguæ distinctio est variarum ejus significationum enumeratio.

Variæ significationes sunt, quæ in re aliquâ à voce ambiguâ expressa non conveniunt. sic vox *Philosophiæ* ambigua est, quia jam omnes desciplinas, jam philosophiam theoreticam, jam practicam tantum, jam Metaphysicam significat.

Argumenta nominalia perfecta sunt, quæ nomen cum nomine conferendo thema notificant.

Suntque synonyma vel Conjugata.

Synonyma sunt nomina ejusdem significationis, sive sint ex eadem linguâ sumpta. ut Messias est Immanuel, sive ex diversâ, ut Immanuel est Θεάνθρωπος.

Con-

Conjugata sunt nomina cognatæ significationis, ut justitia, justus, juste.

Suntque abstracta vel concreta.

Abstracta sunt, quæ habent modum significandi simplicem. adeoque notant potentiam, formam, adjunctum & actum. ut intelligentia, intellectus, intellectio.

Concreta sunt, quæ habent modum significandi compositum: adeoque notant rem, cui convenit Potentia, forma, adjunctum & actus, item quæ præcedentium modum exprimunt, ut sensitivum, sensile, sentiens, sensibiliter.

CAP. VIII.

De Argumento inartificiali.

RESTAT *argumentum inartificiale, quod assumtâ artificialis alicujus argumenti vi thema notificat:* dicitur-que *testimonium, thema* verò *restestata.*

ut

ut, Scriptura docet mundum proximo hexæmero fuisse creatum.

Testimonium est significatio testis. Testis autem meretur fidem, si facultatem cognoscendi & voluntatem ac dexteritatem significandi habeat.

Testimonium est fallibile vel infallibile.

Testimonium infallibile est, quod falsum esse nequit. Tale est *divinum* & quidem solum.

Testimonium divinum est supernaturale vel naturale.

Testimonium *divinum supernaturale est, cum Deus modo naturæ vires superante aliquid patefacit.*

Estque immediatum vel mediatum.

Testimonium divinum naturale est, cum Deus modo naturali aliquid homini patefacit.

Estque vel *lumen rectæ rationis*, quo pertinet intelligentia, syntheresis & conscientia, vel *sensuum*, quo refertur experientia sensualis.

Testi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [74] - 46
PUBLIC DOMAIN

Testimonium fallibile est, quod potest esse falsum. Estque humanum vel diabolicum, quod semper est fallax, licet non semper sit falsum.

LIBRI PRIMI

Elementor: Logicorum

FINIS.

ELE-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [75] - 47
PUBLIC DOMAIN

ELEMENTORUM LOGICORUM, *LIBER SECNDVS*

DE

Inſtrumentis Diſpoſitionis.

CAPVT I.

De Axiomate in genere.

HVc uſque fuerunt inſtrumenta inventionis: Sequuntur inſtrumenta diſpoſitionis, quæ humanum judicium, res humanas connectendo, perficiunt. Hinc à Cicerone hæc pars Logicæ vocatur *Iudicium.*

Diſpoſitio eſt Logica diſtinctorum argumentorum conjunctio.

Judicium eſt ſecunda mentis actio conjunctarum notionum habitudinem percipiens.

Diſpoſitio eſt analoga ſeu regularis vel anomala ſeu irregularis.

Illa

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [76] - 48
PUBLIC DOMAIN

Illa est quæ manifestè, *hæc* quæ occultè rerum connexioni respondet. Est que pleonasmus, ellipsis vel metathesis seu excessus, defectus, vel permutatio critica. Solent autem hæ anomaliæ variè combinari.

Dispositio est axioma vel dianoja. Alii dicunt dispositio est propositio vel discursus. Hinc judicium est axiomaticum vel dianoëticum.

Axioma seu propositio, *est dispositio notionis explicandæ & explicantis, seu, est dispositio thematis simplicis & argumenti declarantis seu explicantis*: ut, summum bonum est, summum malum non est. *Iudicium axiomaticum est, quo aliquid esse aut non esse cognoscitur*: adeoque judicatur veritas & falsitas.

Axioma consideratur in genere vel in specie.

Axioma in genere consideratur absolutè vel comparatè.

Absoluta axiomatis consideratio perpendit ejus partes & divisiones.

Pars axiomatis est principalis vel minus principalis.

Axiomatis pars principalis est materia vel forma.

Materia axiomatis est pars connectenda, quæ est antecedens vel consequens.

Pars axiomatis antecedens seu subjectum *est pars notificanda* seu thema simplex.

Pars axiomatis consequens seu prædicatum *est pars notificans* seu argumentum declarationis.

Forma axiomatis est ipsa subjecti & prædicati connexio; Homo est animal, τὸ homo est subjectum, τὸ animal prædicatum, quæ duo connectuntur affirmando. Formæ axiomaticæ nota est vinculum.

Axiomatis pars minus principalis est, quæ materiæ & formæ axiomaticæ habitudinem indicat.

Tales partes sunt signa vel quantitatis, quæ indicant quousque prædicatum conveniat subjecto: ut omnis, nullus, qui-

quidam: *vel modi*, qui indicant quomodò prædicatum conveniat ſubjecto: ut qua, quatenus, ſecundum.

Communes axiomatis Diviſiones ſunt, quod ſit affirmatum vel negatum, verum vel falſum, analogum vel anomalum.

Axioma affirmatum eſt, quod thematis & argumenti conſenſionem ſeu convenientiam exprimit, ut Deus eſt æternus.

Axioma negatum eſt, quod thematis & argumenti diſſenſionem ſeu diſconvenientiam exprimit, ut Deus non eſt mutabilis.

Affirmato vinculo affirmatur axioma, negato negatur. Negatur autem vinculum ſi vel toti axiomati vel vinculo immediatè proponatur particula negans. Axioma affirmatum enuntiat argumenta conſentanea, negatum diſſentanea.

Axioma verum eſt, quod cum rerum habitudine congruit: ideoque conſentanea affirmat & diſſentanea negat:

ut Deus est perfectissimus: Deus non est finitus.

Axioma falsum est, quod rerum habitudini repugnat; ideoque consentanea negat dissentanea affirmat, ut Deus non scit futura contingentia Deus est mutabilis.

Utrumque axioma tùm verum, tùm falsum, est necessarium vel contingens.

Axioma necessarium est, cujus habitudo est immutabilis. Hoc igitur ita verum est ut non possit esse falsum, ut homo est corpus; vel est ita falsum ut non possit esse verum; ut homo non est animal.

Axiomatis necessariò veri ac affirmati tres sunt gradus, nimirum καθ' παντὸς, καθ' αὑτὸ, καθ' ὅλε πρῶτον.

Axioma καθ' παντὸς, *de omni est, cujus prædicatum necessario convenit omni subjecto*, ut Homo est corpus; ei opponitur τὸ καθ' μηδενὸς, de nullo.

Axioma καθ' αὑτὸ, *per se, cujus prædicatum est essentiale:* sive sit à priori, ut homo

homo est animal: sivè à posteriori, ut homo est risibilis. Ei opponitur τὸ κατὰ συμβεβηκὸς per accidens.

Axioma καθ' ὅλου πρῶτον est, cujus partes sunt reciprocæ inter se; ut homo est animal rationale.

Ex his gradibus posterior semper includit priorem.

Axioma contingens est, cujus habitudo est mutabilis. Hoc itaque verum est, ut falsum esse possit: ut Aristoteles est Philosophus; vel ita falsum ut possit esse verum; ut Crœsus est pauper.

Axioma analogum est, quod directè thematis & argumenti habitudinem exprimit; anomalum quod indirectè.

Anomalia axiomatis est generalior vel specialior.

Axiomatis anamalia generalior est vel excessus, ut Jesus Christus, qui natus est ex Mariâ virgine, est verus Messias: *vel defectus*: ut Tune es Christus? sum: *vel Inversio*, ut Nobili-

tas sola est atque unica virtus.

Anomalia axiomatis specialior est dispositionis permutatio, vel combinatio.

Permutatio axiomatis est pathetica vel tropica.

Permutatio axiomatis pathetica est, qua axioma modo quodam obscurius quidem, sed vehementius enuntiante afficitur.

Tales sunt propositiones interrogativæ, imperativæ & optativæ.

Permutatio axiomatis tropica est, quâ argumentorum symbolo artificiosè permutantur: ut Herodes est Vulpes.

Combinatio axiomatis est limitans vel removens. Vndè axioma est limitans vel removens.

Axioma limitans est, quod exprimit & quod & quomodo prædicatum conveniat subjecto. Ejus notæ sunt voculæ QVÆ, QVATENVS, SECVNDVM, per SE, RESPECTIVE, similesque: ut homo quâ homo est rationalis qua animal, sensitivus.

Axioma

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [82] - 54
PUBLIC DOMAIN

Axioma removens est, quod attribuendo uno modo, negat alio modo.

Semper itaque resolvitur in affirmatum & negatum axioma.

Estque exclusivum vel exceptivum.

Axioma exclusivum est, quod generaliter aliquid removet. Ejus notæ sunt *Solus, solum, tantum, duntaxat, unicus, unicè. Estque Exclusivum vel subjecti*; ut solus Deus, est æternus, *vel prædicati*; Stellæ, solùm sunt in cœlo.

Axioma exceptivum est, quod genere posito distinctè speciem vel individuum removet.

Ejus notæ sunt, *præter, præterquam, nemo, nisi, &* similes. Ut nemo, nisi fideles sunt participes Christi.

Consideratio axiomatum comparata est consentanea, vel dissentanea eorum collatio.

Consentanea axiomatum Comparatio est æquipollentia & consecutio axiomatica.

Æquipollentia axiomatica est axio-

matum verbis discrepantium in sensu convenientia, ut Panis est corpus Christi; Panis est Sacramentum corporis Christi.

Consecutio axiomatica est, quâ unum ex alio sequitur: ut omnis homo est animal. E. quidam homo est animal.

Dissensio axiomatica est diversitas vel oppositio.

Diversitas axiomatica est dissensio sine pugnâ. ut Deus est; Angelus est.

Oppositio axiomatica est axiomatum pugna, quâ unum idemque affirmatur & negatur. ut Angeli sunt æterni. Angeli non sunt æterni.

CAP. II.

De Axiomate in Specie.

IN *Specie axioma est simplex vel compositum.* Illud vocatur *Propositio categorica*; hoc, *hypothetica*:

Axio-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [84] - 56
PUBLIC DOMAIN

Axioma ſimplex eſt, quod verbi vinculo continetur. ut homo eſt, homo eſt rationalis.

Axioma ſimplex conſideratur abſolutè, vel comparatè.

Axioma ſimplex abſolute conſideratum primo eſt generale, ſpeciale vel ſingulare:

Axioma generale eſt, in quo conſequens tribuitur omni antecedenti: ut omnis homo eſt animal.

Axioma ſpeciale eſt, in quo conſequens tribuitur cuidam antecedenti, ut quidam homo eſt doctus.

Dicitur aliàs particularis propoſitio.

Axioma ſiugulare eſt, in quo conſequens tribuitur tantùm uniantecedenti: ut Adam fuit primus Homo.

Alias dicitur *proprium.*

Axioma generale, ſpeciale, & ſingulare aliquando ſignis exprimitur & vocatur *Definitu m*, Omnis homo eſt animal. Quidam homo eſt Phi-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [85] - 57
PUBLIC DOMAIN

losophus. Quidam Cretenses sunt mendaces : aliquando iis caret, & vocatur *indefinitum*, ut Homo est animal, homo est doctus. Cretenses sunt mendaces.

Axioma simplex absolute consideratum, secundò est purum vel modale. Hæc quoque divisio posset esse generalis, sed excellit in axiomate simplici.

Axioma purum est, quod simpliciter argumenta enuntiat. ut Deus est perfectus.

Axioma modale est, quod argumenta cum habitudinis gradu exprimit. ut Deus necessariò est perfectus. Impossibile est, quod Deus non sit perfectus.

Modi sunt quatuor. Necessarium, contingens, possibile, impossibile.

Axioma simplex comparatè consideratur in collatione consentaneâ, quæ dicitur conversio, vel dissentaneâ, quæ dicitur, oppositio.

Conversio axiomatica est, unius axio-

matis

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [86] - 58
PUBLIC DOMAIN

matis ex altero per congruam partium mutationem consecutio.

Estque simplex manente quantitate & qualitate; per accidens manente qualitate sed non quantitate; & per contrapositionem, quâ, manente quantitate, negationum additione fiunt extrema infinita.

De ea notentur versus memoriales.

Qualis quanta manet, qualis manet, ultima quanta,

Item:

FECI *simpliciter convertitur*, EVA *per* ACCI. ASTO *per contra, sic fit conversio tota:*

E. G. Nullus homo est brutum: E. nullum brutum est homo.

Omnis homo est animal. E. quoddam animal est brutum.

Nullus electus damnatur. E. nullus qui damnatur est electus.

Oppositio axiomatica est contradictio vel contrarietas.

Contradictio axiomatica est, axiomatum

matum ſimplicium oppoſitio, verum à falſo dividens.

Sic univerſali opponitur particulare diverſæ qualitatis, vel ſingulare ſingulari: ut Omnis homo eſt animal; Quidam homo non eſt animal; Plato eſt Græcus; Plato non eſt græcus.

Contrarietas axiomatica eſt oppoſitio ſimplicium propoſitionum generalium non reciprocarum: ut Omnis homo eſt doctus, Nullus homo eſt doctus. Hęc nõ dividit verum à falsò. Idem, utraque propoſitio poteſt eſſe falſa.

Axioma compoſitum eſt, quod continetur vinculo conjunctionis axiomaticæ.

Eſtque congregativum vel ſegregativum.

Axioma congregativum eſt, quod partes ſuas tanquam simul veras conjungit: Hoc enuntiat conſentanea affirmando, diſſentanea negando.

Eſtquè copulatum vel connexum.

Axioma copulatum eſt, cujus conjunctio

ctio est copulativa.

Conjunctio copulativa est, quæ partes axiomatis simpliciter conjungit: ut Deus est justus & misericors. Hujus axiomatis si vel unica pars falsa sit, totum est falsum. Huc pertinet *axioma distributivum*, quo integrum distribuitur in sua membra; ut homo constat corpore & anima: *prolepticum*: ut, etsi Deus permittit peccata, tamen est justus. *Et relativum quantitatis, qualitatis, loci & temporis*, cum inservit explicationi: ut, quantus est Pater tantus est Filius; Qualis Rex talis grex. Ubi dolor ibi manus.

Tamdiu discendum quamdiu vivis. Axioma autem quod dividit genus in species, est simplex: ut, Animal est homo vel brutum.

Axioma connexum est, cujus conjunctio est connexiva.

Conjunctio connexiva est, quæ partes axiomatis vi consecutionis connectit: ut, si Deus est, providentia est. Hoc

axioma

axioma poteſt enuntiare omnia argumenta ; exceptis ſolis diverſis attributivè ſumptis. Ejus veritas non pendet à partiũ veritate, ſed à conſequentis ex antecedente conſecutione : ut ſi aſinus volat, habet alas.

Huc pertinent propoſitiones *relationem conſequentiæ indicantes*: ut, quia comediſti de fructu vetito, morieris: aliæque relativæ, ſi probationi inſerviant, ac in ſyllogiſmo adhibeantur.

Axioma ſegregativum eſt, quod partes ſuas tanquam non ſimul veras ſejungit. Hoc tantum enuntiat diſſentanea.

Eſtque disiunctum vel diſcretum.

Axioma disjunctum eſt, cujus conjunctio eſt disjunctiva.

Conjunctio disjunctiva eſt, quæ partes axiomatis ſimpliciter ſe jungit : ut, aut fide juſtificamur, aut operibus.

Enuntiat tantum oppoſita; ac proinde verum eſt, cujus una pars vera eſt, reliquæ falſæ ; falſum cujus nul-

la

la vera est, aut nulla falsa.

Huc pertinet *axioma adversativum*: ut, Non operibus justificamur, sed fide.

Axioma discretum est, cujus conjunctio est discretiva.

Conjunctio discretiva est, quæ consecutionem negando partes axiomatis sejungit: ut, etsi Ecclesia premitur, tamen non opprimitur.

Hoc axioma enuntiat tantum diversa. Itaque verum & legitimum est, si partes non solum veræ, sed etiam discretæ sint, falsum vel ridiculum contra.

CAP. III.

De Syllogismo in genere.

SEquitur *Dianoia quæ est dispositio axiomatum, quâ unum aliud notificat.*

Dianoia seu discursus *est Syllogismus vel methodus.*

Syllo-

Syllogiſmus eſt diſcurſus illativus: ſeu eſt dianoia, quâ quæſtio probanda cum argumento probante ita diſponitur, ut poſito antecedente neceſſariò concludatur.

Judicium ſyllogiſticum eſt, quo aliud ex alio ſequi vel non ſequi cognoſcitur; adeoque conſequentia & inconſequentia judicatur.

Syllogiſmus conſideratur in genere vel in ſpecie.

Syllogiſmus in genere ſpectatur, quantum ad ſui conſtitutionem, & communem diviſionem.

Conſtitutio ſyllogiſmi cognoſcitur ex ejus partibus & communibus affectionibus.

Pars ſyllogiſmi eſt materia & forma.

Materia ſyllogiſmi eſt terminus, vel propoſitio ſeu axioma.

Terminus eſt Extremus vel medius.

Terminus extremus eſt pars quæſtionis.

Eſtque minor qui eſt ſubjectum, ſeu

pars

pars antecedens quæstionis; *vel major qui est prædicatum seu pars consequens quæstionis*. ut Deus est immutabilis: τὸ Deus est terminus minor, τὸ immutabilis major.

Terminus medius est, qui extremos connectit; ut, Deus est immutabilis, quia est perfectissimus.

Aliis dicitur *argumentum tertium*.

Propositio est præmissa seu pars syllogismi antecedens; *vel conclusio, seu pars ejus consequens*.

Præmissa est pars probans, in quâ quæstio cum termino medio Disponitur.

Estque propositio per excellentiam sic dicta vel assumptio.

Propositio est prima præmissa, quâ quæstionis saltem consequens, seu prædicatum, *cum medio termino disponitur*, seu propositio ex quâ alia probatur: ut, omne perfectissimum est immutabile. Vulgo dicitur *major*, *item propositio major*.

Assumptio est secunda præmissa in quâ quæ-

quæstionis pars antecedens, seu subjectum, disponitur cum medio termino. seu, quæ ex propositione assumitur. ut atqui Deus est perfectissimus. Vulgò dicitur *Minor, item propositio minor.*

Conclusio est propositio probata. ut. E. Deus est immutabilis.

Forma syllogismi est congrua partium connexio. ut, omne perfectissimum est immutabile, Deus est perfectissimus. E. Deus est immutabilis.

De ea notentur sequentia. 1. In syllogismo sint tres termini, & quidem tantum tres. 2. Terminorum ternarius non ex verbis sed ex sensu æstimandus. 3. Duo extremi termini dantur in quæstione, medius est inveniendus. 4. Medius terminus non ingrediatur conclusionem. 5. Ambæ præmissæ non sint particulares vel negatæ. 6. Conclusio sit adæquata Præmissis; ideoque imitetur partem debiliorem antecedentibus. i.e. negatam

tam vel particularem. 7. Assumptio sumatur ex propositione, eique nihil addat, demat vel in ea mutet. 8. Terminus medius seu argumentum probans invenitur, si quæstio dirimatur in duos terminos, & ambo deducantur per loca inventionis.

Affectio syllogismi est, necessaria consequentia quâ fit ut concessis præmissis necessariò concedenda sit conclusio.

Ejus fundamenta sunt duo axiomata lumine naturæ clarissima. 1. Impossibile est idem esse & non esse. 2. Quæ in uno tertio conveniunt vel non conveniunt, conveniunt vel non conveniunt inter se.

Communis divisio syllogismi est, quod ille. 1. *sit affirmatus vel negatus.* 2. *necessarius vel contingens.* 3. *analogus vel anomalus.*

Syllogismus affirmatus est, cujus conclusio est affirmata, negatus, cujus conclusio est negata.

Syllogismus necessarius est, qui constat

ex

ex axiomatibus neceſſariis, contingens, qui ex contingentibus.

Syllogiſmus analogus eſt, cujus diſpositio eſt manifeſtior; anomalus, cuius dispositio obſcurior.

Syllogiſmus anomalus eſt deficiens, redundans, vel inverſus.

Syllogiſmus deficiens eſt, in quo deeſt aliqua propositio: ut Chriſtus habet corpus. E. habet partem extra partem. Dicitur *Enthymema.* Huc pertinent *Inductio & Exemplum.*

Syllogiſmus redundans eſt, qui conſtat pluribus quam tribus propositionibus.

Propoſitio addita dicitur *Proſyllogiſmus*, ſi probet. Nam non rarò explicat tantum vel amplificat.

Excellit hic *Sorites.* qui eſt continua coacervatio propoſitionum ita connexarum ac per ſe ſubor ordinatarum, ut prędicatum prioris fiat ſubjectum poſterioris, donec prædicatum ultimæ connectatur cum ſubjecto primæ: ut quicquid generatur in in-

inferioribus; oritur ex elementis.

Quicquid oritur ex elementis, producitur à cœlo, quod producitur à cœlo proficiscitur à Deo. E. quicquid generatur in inferioribus proficiscitur à Deo.

Syllogismus inversus est, qui ordinem propositionum mutat : ut, Chaos fuit corpus simplex E. fuit sphæricum. simplicia enim corpora sunt sphærica.

CAP. IV.

De Syllogismo in specie.

IN specie syllogismus est simplex vel compositus.

Syllogismus simplex est, in quo pars consequens quæstionis est in propositione pars antecedens in assumptione. Vulgo dicitur *Categoricus*, & tres ejus species, *Figuræ*, in quibus occurrunt modi proprii.

In

In genere est generalis, particularis vel singularis.

Syllogismus simplex in specie est explicatus vel contractus: seu est figura generalior & specialior.

Syllogismus explicatus, cujus propositio est generalis vel singularis & conclusio similis præmissis vel parti debiliori.

Estque figuræ primæ vel secundæ.

Figura prima est, syllogismus explicatus in quo medius terminus antecedit in propositione, sequitur affirmatus in assumptione. ut. Omne corpus habet terminos. Cœlum est corpus. E. cœlum habet terminos. Ramo dicitur syllogismus *explicatus primus.*

Ejus modi sunt quatuor juxta versus sequentes.

Barbara Celarent primæ, Darii Ferioque.

Figura secunda est, syllogismus explicatus, in quo medius terminus semper sequitur negatus in alterâ præmissâ: ut, Nullum illocale est corpus. Cœlum

non

non est corpus. E. cœlum non est illocale. Ramo dicitur *syllogismus explicatus secundus*.

Ejus modi sunt quatuor.

Cesare, *Camestres*, *Festino*, *Baroco secundæ*.

Figura tertia est, in quâ medius terminus in utrâque præmissâ antecedit, & in assumtione affirmatur, ut existat conclusio particularis: ut, Fortitudo est virtus, Fortitudo est confidentia: E. quædum confidentiâ est virtus. Ramo dicitur *Syllogismus contractus*.

Ejns Modi sunt sex.

Tertia grande sonans tibi dat Darapti, Felapton.

Adjungens Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison.

Dehis vocabulis technicis notentur versus.

Asserit *A negat E, verùm generaliter ambæ.*

Asce-

Asserit I negat O. sed particulariter ambo.

Syllogismus compositus est, in quo tota quæstio est pars altera propositionis affirmatæ & compositæ medius terminus est pars reliqua. Vulgò dicitur *Syllogismus hypotheticus.*

Assumere hîc est partem propositionis ita repetere, ut fuit posita: affirmatam affirmatè, negatam negatè. *Tollere* est affirmatam negare; negatam affirmare.

Syllogismus compositus est connexus vel disjunctus.

Syllogismus connexus est, cujus propositio est connexa.

Estque constructivus vel destructivus.

Syllogismus connexus constructivus est, qui assumit antecedens & concludit consequens. ut, si Christus resurrexit, nos quoque resurgemus. Ramo dicitur, *Connexus primi modi.*

Syllogismus connexus destructivus est, qui tollit consequens, ut tollat antecedens.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [100] - 72
PUBLIC DOMAIN

dens. Vt, si Christus non resurrexit, neque nos resurgemus. At nos resurgemus. E. & Christus resurrexit. Ramo dicitur, *Connexus secundi modi.*

Syllogismus disjunctus est, cujus propositio est disjuncta.

Estque primi vel secundi modi.

Syllogismus disjunctus primi modi est, qui tollit unum & reliquum concludit: ut, Aut dies est, aut nox est. At non est nox. E. dies est.

Disjunctus secundi modi est, qui è propositione partibus omnibus affirmatâ, assumit unum & reliquum tollit, ut, Aut dies, aut nox est. At est dies. E. non est nox.

Ex syllogismi connexi & disjuncti combinatione oritur *Dilemma*, in quo propositionis consequens constat contrariis immediatis, quod tollitur in assumptione, ut tollatur antecedens in conclusione: ut, si Deus mutatur aut mutatur in me-

lius, aut in pejus, aut in æquale; Atqui non in melius, secus antea non fuisset optimus; Non in pejus, secus postea non fuisset optimus: Non denique in æquale; quia hæc mutatio esset frustra, adeoque stulta. E. Deus nullatenus mutatur.

Cap. V.

De Methodo.

Methodus est discursus ordinativus. Seu est Dianoia, quâ varia axiomata homogenea, ad faciliorem intelligentiam, facilioremque memoriam disponuntur.

Judicium Methodicum est, quo rerum ordo & confusio cognoscitur.

Methodus dividitur tribus modis. Primò Methodus est analoga vel anomala.

Methodus analoga est, quæ rerum disponendarum naturæ, perfectæque cognitioni exactè congruit. & dicitur *Acroamatica,*

matica, itemque *Methodus ſapientiæ*.

Methodus Anomala eſt, quæ non tam rebus diſponendis quam diſſerentibus congruit & dicitur *Exoterica*, arbitraria, & *Methodus prudentiæ*.

Methodus ſecundò eſt Synthetica vel Analytica, Illa eſt, quæ ſubjecti affectiones per principia docet, habetque locum in theoreticis. *Hæc eſt*, quæ docet, quomodò finis ab aliquo per media obtineri queat: habetque locum in Energeticis. i. e. in practicis ac poëticis.

Tertio methodus eſt univerſalis, quæ integram diſciplinam diſponit, *vel particularis*, quæ partem diſciplinæ diſponit.

FINIS.

ELEMENTORUM LOGICORUM, *LIBER TERTIVS*

DE USV Instrumentorum Logicorum.

CAPVT I.

De usu Logices in Genere.

EVit *Logica generalis ſequitur ſpecialis, quæ inſtrumentorum Logicorum uſum explicat.*

Vſus ſeu praxis Logica, *eſt artificioſa inſtrumentorum Logicorum & terminorum Encyclopædiæ conjunctio.* Hæc praxis eſt anima ſtudii Logici.

Praxis Logica conſideratur in Genere vel in ſpecie.

In genere praxis Logica ſpectatur, quantum ad fundamentum, affectiones & communes diviſiones.

Fundamentum praxeos Logicæ eſt vel primum,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [104] - 76
PUBLIC DOMAIN

primum, ut est *catholica omnium disciplinarum harmonia*, ex quâ oriuntur instrumentorum Logicorum notæ: vel *Secundum*; ut est, *ordinatæ ejus harmoniæ repræsentatio*. Unde oriuntur *tres tabulæ*; nimirum *Tabula prædicamentalis, Encyclopædiæ, Thematum*.

Tabula Prædicamentalis est, omnium terminorum per genera & species usque ad individua subordinatio.

Ea consideratur in genere & in specie.

In genere videnda est tabulæ prædicamentalis fabrica & usus.

Fabrica tabulæ prædicamentalis consistit in continuatâ divisionum generalium & specialium combinatione.

Usus tabulæ prædicamentalis est analogus vel anomalus: & in utraque spectantur *Prædicabilia*, numero sex, puta *Genus, species, individuum, differentia, proprium & accidens*. è quibus tria priora prædicantur *in quid*, tria posteriora *in quale*.

Usus Analogus tabulæ prædicamenta-

lis locum habet in rebus quæ ab intellectu humano perfectius intelligi possunt. Talia sunt Entia realia, positiva, per se una, universalia & completa.

Usus tabulæ prædicamentalis *anomalus* est vel *pleonasticus*; in entibus concretis, collectivis ac propositionibus; vel *Ellipticus*, in partibus putadividuis, differentiis ac partibus strictò sic dictis; vel denique *analogicus*, qui est adhibendus vel ob rerum perfectionem, puta in divinis: vel ob generalitatem, puta in transcendentibus: vel denique ob imperfectionem; puta in entibus rationis, privationibus ac entibus falsò dictis.

In specie tabula prædicamentalis est substantiæ vel accidentis.

Substantia est, ens per se subsistens.

Estque in genere universalis vel singularis, in specie increata vel creata.

Substantia universalis est substantia multiplicabilis: ut homo.

Substantia singularis est substantia non

non multiplicabilis, ut hic homo, Abraham.

Substantiâ singularis est non suppositum vel suppositum.

Substantia non Suppositum est substantia singularis constitutivè communicabilis: ut divina essentia; humana Christi natura; manus Moysis.

Suppositum est substantia singularis constitutivè incommunicabilis.

Estque suppositum strictè dictum vel persona.

Suppositum strictè dictum est suppositum non intelligens: ut cœlum, hic Leo.

Persona est suppositum intelligens: ut Spiritus Sanctus, Angelus, Gabriel, Paulus.

Substantia increata est Deus: *Creata* est Angelus, Anima hominis; vel *corpus* & hoc *simplex* vel *mixtum.*

Accidens est, ens substantiæ inhærens.

Accidens est absolutum vel cum respectu.

Accidens absolutum est, quod est independens à termino.

Estque quantitas vel qualitas.

Quantitas est, accidens absolutum, quo ens est divisibile in partes. ut magnitudo & numerus.

Qualitas est, accidens absolutum, quo substantia creata ordinatur ad unionem; seu *est accidentalis ad unionem aptitudo.* Estque habitus, potentia naturalis, qualitas patibilis & figura.

Accidens cum respectu est, quod dependet à termino.

Estque vel ipsa relatio, vel aliquid à relatione diversum.

Relatio est, ordo entis ad ens.

Estque relatio per excellentiam sic dicta: in quâ occurrunt hæc septem: subjecta duo, fundamentum, terminus, relatum, correlatum, ipseque respectus. Vel *speciatim considerata:* ubi sunt *quatuor relationes, quæ constituunt quatuor prædicamenta,* uti sunt. Quando, ubi, situs, habitus.

Quan-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [108] - 80
PUBLIC DOMAIN

Quando est ordo rei ad durationem: ut diu, noctu.

Vbi est, ordo rei ad spatium imaginarium: seu, *modus existendi finitus.* ut, esse in cœlo, in terrâ.

Situs est, ordo partium corporis ad se invicem cui extrinsecè additur: ut, esse togatum, sagatum.

Accidens cum respectu quod non sit ipsa relatio est actio vel passio.

Actio est, quâ aliquid se ipsum respectu alicujus ordinat: ut cogitatio & motio activa:

Passiò est, quâ aliquid respectua alicujus ordinatur: ut, cogitatio & motio passiva.

Hinc seliguntur decem prædicamenta nimirum substantiæ, quantitatis, relationis, quando, ubi, situs, habitus, actionis, & passionis:

Sequitur tabula Encyclopædiæ quæ est, accurata omnium terminorum coordinatio. Dicitur alias *tabula systematica.*

Hæc oritur ex continuata termi-

norum per argumenra logica deductione. Uſus ejus eſt maximus ut patebit ex ſequentibus.

Tabula thematum eſt, accurata thematum logicorum repræſentatio.

Ea oritur ex continua logicorum artificiorum combinatione: oſtendit n. thematum & diſſertationum varietatem.

Varietas thematum eſt logica thematum diverſitas.

Hæc oritur vel à rebus diſſerendis (ſic thema eſt ſimplex vel collectivum:) *vel à modo diſſerendi* (ſic diſſertatio eſt exegetica vel pathetica; item thema eſt hiſtoria, prophetia, promiſſio vel comminatio;) *vel à diſſerentibus:* ut, conſultatio eſt ſolitaria vel ſocia.

Affectiones praxeos Logicæ ſequuntur; quæ ſunt tres; nimirum quod ſit Catholica, organica & harmonica.

Praxis Logica Catholica eſt, quæ in omni humanâ diſſertatione locum invenit: *Organica*, quæ non ſuppeditat res ipſas ſed eas ex Encyclopædia

dia petere, docet: *Harmonica*, quæ cum rebus ac cum se ipsa consentit.

Communes divisiones praxeos Logicæ sunt quod est 1. *Congrua vel incongrua.*

Praxis Logica congrua est, quæ cum rei differendæ naturâ omniumque differentium statu consentit.

Praxis Logica congrua est, Analoga seu regularis vel Anomala seu irregularis. Et hæc est Pleonasmus seu Excessus; Ellipsis seu defectus, & Metathesis seu Inversio.

Praxis instrumentorum logicorum incongrua est, quæ rei differendæ, aut differentium statui repugnat: diciturque *fallacia.* hæc confundit EST & NON EST, itemque MODOS & GRADVS instrumentorum logicorum; ex quâ confusione omnes omnium disciplinarum errores oriuntur.

2. *Praxis Logica in genere est, Genesis vel Analysis Logica.*

Genesis Logica est, novi operis productio.

Ana-

Analysis Logica est, producti operis resolutio.

CAP. II.

De usu Logices in specie.

IN specie *praxis Logica est, simplex vel combinata, & simplex est heuretica vel critica.*

Praxis heuretica, seu inventionis, *est, quæ versatur circa cogitationes simplices.*

Estque thematica vel Topica.

Praxis thematica est, quæ versatur circa thema.

Praxis thematica est, Genesis vel Analysis thematica.

Genesis thematis est, thematis tractandi constitutio & delectus: Ejus regula est: Mediaturus aliquid, tres tabulas supradictas percurrito, & congruentius thema seligito.

Analysis thematis est, thematis tractati inve-

inveſtigatio ac dijudicatio. Ubi duæ ſunt regulæ. 1. Notas thematicas obſerva, ac tractationem cum ſe ipſa, aliiſque confer. Sic enim invenies thema. 2. Thema inventum reduc ad tres tabulas ſupra dictas.

Praxis topica eſt, quæ verſatur circa argumenta.

Praxis topica conſideratur generaliter, vel ſpecialiter: quantum ad geneſin & analyſin.

Geneſis topica in genere eſt, argumentorum inventio. Ea nititur ac abſolvitur COLLATIONE juxta canonem: Inventurus argumenta thema tuum deduc per tres tabulas ſupra dictas, iiſque tui thematis & argumentorum Logicorum definitiones applica.

Geneſis topica eſt, Explicatio, probatio vel Amplificatio: & Amplificationis quidem modi ſunt quinque. 1. *Deſcriptio*; quâ fusè oſtenditur quid ſit res. ea petitur ex omnibus argumentis. 2. *Antitheſis*; quâ fusè oſtenditur quid non

non sit res. ea petitur ex dissentaneis. 3. *Collatio*; quâ instituitur comparatio cum aliis, ut ostendatur quale quantumvesit thema, ea petitur ex comparatis. 4. *Distributio*; quâ totum in partes particulasque resolvitur. ea petitur ex omnibus locis distributionis. 5. *Congeries testimoniorum*; quâ plura testimonia in medium adducuntur.

In specie tot sunt geneses topicæ, quot sunt loca Inventionis.

Analysis topica in genere est, argumentorum dijudicatio.

Ejus regula est: Notiones primas primo sigillatim consideres, tum inter se conferas, & collatarum affectiones per tabulam argumentorum deducas, deductisque convenientes definitiones applices.

In specie tot sunt Analyses topicæ, quot loca inventionis, solentque inveniri clavium topicarum observatione.

Claves topicæ sunt argumentorum logi-

logicorum notæ: ut, *A* plærumque eſt nota cauſæ efficientis: Ex plærumque eſt nota cauſæ materialis.

Praxis critica eſt, heureticæ praxeos, ſeu præcedentium praxium combinatio.

Eſtque noëtica vel dianoëtica.

Praxis noëtica eſt, quæ verſatur circa axioma.

Eſtque Geneſis vel Analyſis Axiomatica.

Geneſis axiomatica eſt propoſitionum inventio.

Ejus regula eſt: Thema tuum conſtituas tabularum omnium centrum, reliquos terminos circumferentia, omneſque hos cum themate conjunge per omnes diſciplinas.

Analyſis Axiomatica eſt, accuratum de propoſitione in ſua principia reſoluta judicium.

Ea conſiſtit in propoſitionis rectificatione, & rectificatæ diſtinctione.

Diſtinctio rectificatæ propoſitionis eſt, ejus ad ſuam ſpeciem reductio.

Praxis dianoëtica eſt, quæ verſatur circa

circa plurium propositionum conjunctionē.

Estque Syllogistica vel methodica.

Praxis syllogistica est, quæ versatur circa syllogismum.

Estque genesis vel Analysis syllogistica.

Genesis syllogistica est, syllogismorum inventio. Ea consistit in reductione & deductione: quæ utraque est topica vel axiomatica.

Analysis syllogistica est, accuratum de syllogismo in sua principia resoluto judicium.

Ea *consistit in syllogismi rectificatione & rectificati distinctione.*

Rectificatio syllogismi consistit in ejus observatione & Anomali ad analogum reductione.

Distinctio syllogismi rectificati est, ejus ad certam speciem reductio.

Ex praxeos syllogisticæ combinatione oritur artificium porismaticum, & disputatio.

Praxis methodica est quæ versatur circa methodum.

Estque

Estque Generis vel Analysis methodica.

Genesis methodica est, congrua methodi inventio; quæ consistit in accuratissimâ rerum disponendarum reductione & collatione.

Analysis methodica est, accuratum de methodo seu tractatu in sua principia resoluto judicium.

Ea consistit in præcognitione & recognitione.

Præcognitio est analysis thematica, eaquè accuratissima, quâ nimirum tum thematis, tum tractationis convenientia ac differentia, perpenditur.

Recognitio est, quâ universi tractatûs anatome instituitur, partiumque symmetria observatur.

Praxis Logica combinata est progressu usuque infinita.

FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [117] - 89
PUBLIC DOMAIN

Tabula. I.

Adumbrans Logicæ methodum:

- Logica est
  - Generalis; tradens instrumentorum Logicorum naturam quæ sunt
    - Inventionis ubi
      - *thema* tujus videnda
        - Convenientia.
        - Differentia.
      - *Argumentum* tab: II.
    - Dispositionis ubi
      - *Axioma*, seu *Propositio* tab: III
      - *Dianoia* seu *discursus*. tab. IV.
  - Specialis; explicans eorundem *usum* tab: V.

Tab: II.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [118] - -
PUBLIC DOMAIN

Argumentum considerat in

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [119] - -

PUBLIC DOMAIN


Logi-
ca eſt

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [120] - -


PUBLIC DOMAIN

TAB. II. de Argumentis.



Tab. III.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [121] - -
PUBLIC DOMAIN




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [122] - -

PUBLIC DOMAIN

Tab: III. de Axiomate seu Propositione.:



Tab: IV.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [123] - -
PUBLIC DOMAIN

TAB: IV. Discursu.

Discursus est.


- *Syllegismus*: qui Consideratur in
  - Genere quantum ad sui
    - Constitutionem: quæ cognoscitur ex
      - Partibus ubi ejus Affectionibus:
        - Materia
          - Terminus
            - Extremus
            - Medius
              - *Major*
              - *Minor*
          - Propositio
        - Forma. *Congrua partium connexio.*
          - Præmissa
            - *Propositio.*
            - *Assumptio.*
          - Conclusio
    - Communem divisionem; quod sit
      - 1
        - *Affirmatus*
        - *Negatus.*
      - 2
        - *Necessarius*
        - *Contingens*
    - Specie: quod sit
      - Simplex: ubi *Figura*
        - Generalior
          - *Prima* 3
            - *Analogus.*
            - *Anomalus.*
          - *Secunda*
          - *Tertia*
        - Specialior.
      - Compositus
        - Connexus
          - *Constructivus*
          - *Destructivus*
        - Disjunctus: Modi
          - *Primi.*
          - *Secundi.*
- Methodus: Quæ est
  - 1 Analoga & Anomala
  - 2 Synthetica & analytica
  - 3 Universalis & Particularis

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [124] - -
PUBLIC DOMAIN
GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

TAB: V. *de Praxi Logica:*



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [125] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [126] - -

PUBLIC DOMAIN

JOHANNIS HENRICI
BISTERFELDI,

PHOSPHORVS CATHOLICVS:

SEV


Artis meditandi
EPITOME,

Ex rerum naturâ, bonorumque authorum analyſi educta, & per præcipua mentis munia deducta.

Cui ſubjunctum,

Conſilium de Studiis fœliciter inſtituendis.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [127] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [128] - -

PUBLIC DOMAIN

PHOSPHORUS CATHOLICUS;

SEV

Artis meditandi epitome.

I. ARS *meditandi eſt, ars combinata quæ mentem humanam in omni rerum cognitione manuducit*; adeoque in omnium diſciplinarum perceptionem introducit: Hæc itaque negotioſum ac fructuoſum mentis ac entis commercium, vel potius legitimum & fœcundiſſimum utriuſque connubium, docet.

II. *Ars meditandi* eſt *generalis* vel *ſpecialis*. *Illa* tradit præcepta omnia humanis cogitationibus ac diſciplinis communia; adeoque docet meditandi ſapientiam, omnibuſque ſpecialibus eſt applicanda. Sapientia verſatur circa univerſalia.

III. *Ars meditandi generalis, conſtat parte theoreticâ & practicâ*; nam praxis præſupponit theoriam, & tan-

tum homo poteſt, quantum de naturæ ordine obſervavit: quodque in naturâ veriſſimum, illud in praxi utiliſſimum eſt. *Pars theoretica explicat rei meditandæ, & mentis meditantis naturam, ac utriuſque congruam unionem ac communionem.*

IV. Cùm enim cogitatio ſeu meditatio ſit unio ſeu aſſimilatio, neceſſe eſt, ut utrique ſit proportionalis: Unde quo major eſt vel extremorum, vel ipſius cognitionis ad utrumque extremum ſcil: rem meditandam & mentem, proportio, eò accuratior eſt cognitio.

V. *Res meditanda eſt omne intelligibile*; adeoque ens, tum generaliſſimè, tum ſpecialiſſimè ſumptum, ne minimâ quidem differentiâ exceptâ. Ens enim vi cognoſcibilitatis eſt humani intellectûs magnum & adæquatum objectum, undè per non ens indirectè, aut per negationem, cognoſcitur.

VI. *En-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [130] - 2
PUBLIC DOMAIN

VI. *Entis diligentißimè obſervanda eſt convenientia & differentia*, ſive unitas & varietas. *Convenientia entis* eſt, quâ omnia omnino entia, maxima, medioxuma, & minima ſibi invicem ſunt proportionalia, proportione ſeu convenientiâ, non quidem æqualitatis, ſed ſimilitudinis: cujus obſervatio in meditatione ſit utiliſſima & efficaciſſima, quod non ſolum de entibus poſitivis, ſed etiam negativis & privativis; nec tantum de entibus veris, ſed etiam de fictis, intelligendum eſt.

VII. Atque hæc convenientia ſe exerit tùm in primo termino, tum in entis communibus principiis attributiſque, adeoque affectionibus & diviſionibus. Et hinc oritur omnium tàm entium, quàm mentium ſeu cogitationum, immeatio & panharmonia.

VIII. *Differentia ſeu varietas entis* eſt, quâ ab uno ente omnia omni-

no entia derivantur & multiplicantur. *Hæc entium multiplicatio duplex est: Realis*, quâ omnia entia secunda producuntur, ab ente simpliciter primo: vel *mentalis*, quâ omnia specialia & specialissima deducuntur à priore & generalissimo termino ENS. Fundatur autem hæc posterior in illâ priori, ac utrobique occurrit mysterium, quod simplicissima unitas sit multitudinis radix. Atque hæc multiplicatio est altera meditationis radix.

IX. *Multiplicatio mentalis est*, quâ congruâ ac continuâ conceptuum seu cogitationum, in ente latentium, ac cum eo consentientium, inter se verò dissentientium, combinatione, novi termini producuntur.

X. *Hujus multiplicationis*, quæ potissimum meditationis secretum continet, *videnda est norma & forma.*

XI. *Norma ultiplicationis est, terminorum tùm intrinseca, tum extrinseca con-*

congruentia. *Intrinseca* est, quâ terminus non destruit se ipsum, sed cum se ipso congruit. *Extrinseca* est, quâ terminus congruit cum aliis. Utraque est necessaria; Si conceptus sive terminus debeat esse possibilis. Neutra, si sit rei impossibilis seu incongruæ, quorum terminorum usus etiam est frequentissimus.

XII. *Ex congruentia terminorum extrinsecâ, oritur eorum ordo*; quo alii sunt primi, alii ultimi, alii denique intermedii: undè oritur certus terminorum communium, seu non individuorum, numerus. Diligenter autem termini medii sunt investigandi ac observandi: atque ex his omnibus paratur scala mentis ac entis.

XIII. De *forma multiplicationis* notentur sequentia.

1. *Multiplicatio hæc consistit in continuâ ac distributiva cogitationum, in themate latentium, complicatione.*

2. *Complicatio hæc eſt* vel *primitiva*, terminorum cum terminis primis; vel *derivativa*, terminorum primorum cum non primis, vel non primorum cum primis, vel denique non primorum cum non primis.

3. *Complicatio hæc vel eſt homogenea vel heterogenea*: utraque vel ratione modi, nimirum ratione affirmationis & negationis, vel ratione diſciplinarum. Sic ſi rem politicam explicarem termino politico, homogenea, ſi termino phyſico, heterogenea eſt.

4. *Complicatio illa eſt, vel addens vel ſubducens:* Illa habet locum, cùm mens progreditur à partibus ſeu ſimplicioribus ad tota ſeu compoſitiora: Hæc, cùm mens progreditur à compoſitioribus ad ſimpliciora. Sic varios excogitare poſſum numeros, vel à minoribus additione progrediendo ad majores; vel à majoribus ſubductione redeundo ad minores.

Pro-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [134] - 6
PUBLIC DOMAIN

Progreſſio verò realis, quæ eſt rerum creatio, eſt quaſi per ſubductionem facta; cùm enim omnis creatura ſit Dei vel imago, vel veſtigium, vel umbra, Deus creando ſe magis minusvè communicavit.

5. *Vniverſæ multiplicationis inſigne compendium latet in congruâ applicatione conjugatorum cujus-libet termini.* Nam in illis repræſentantur intrinſecæ relationes. Relatio autem neceſſariò includit & convenientiam & differentiam. Adhibeantur autem conjugata conſentanea & diſſentanea: Adhibeantur in inveniendo ſemper, rarò admodum in exprimendo. *Conjugata illa ſunt pura*, quæ in claſſicis authoribus occurrunt: vel *barbara*, eaque pro variis linguis varia, quæ in acutâ inventione uſum mirum præſtant: Indicant enim intimam rerum habitudinem, ut & externam, cujus cognitio eſt omnis meditationis ſcopus. Suntque hæc

1. Substantiva.

{ Ivum. *quod habet vim activam.*
Ivitas. *vis activa,*
Ilè. *quod habet vim passivam, seu receptivam.*
Ibilitas. *vis passiva.*

2. Adjectiva.

ans.
atum, andum:
atio.

3. Adverbia.

{ Ive
iliter
anter, &
ande. } *Modi superiorum.*

Conjugata omnia vel significant,

{ *potentias.*
actus.
modos.

Applicentur singulis terminis.

Applicata exhauriunt universam Topicam.

Nunquàm, vel cautissimè in subtilioribus exprimantur: sed in mente concepta puris phrasibus exprimantur.

Non tantum barbara, sed & usitata adhibeantur juxta præscriptas regulas: ut fœderativum, fœdorativitas, fœderabilis. Negativè, non fœderativum, &c. fœderabilitas, fœdus, fœderans, fœderatus, andus. fœderatio, fœderativè, fœderabiliter, fœderanter, fœderate, fœderande.

Inprimis habent usum in symbioticis. I. e. *œconomicis, scholasticis, politicis, bellicis, ecclesiasticis terminis.*

6. Com-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [136] - 8
PUBLIC DOMAIN

6. *Combinatio illa eſt ſimplex* ſeu binaria; *vel multiplex* ſeu ternaria, quaternaria. ex. gr. fœdus æquale, fædus æquale perpetuum, fœdus æquale perpetuum Rerum publicar: & ſic deinceps. *Binaria* ſive ſimplex *eſt, cùm duo termini inter ſe conjunguntur. Multiplex, cùm plures*; cujus progreſſio eſt infinita. Ubi notandum non rarò unum terminum compoſitum repræſentare multos ſimplices, item multos ſimplices poni pro uno compoſito.

7. *Eſt autem hæc combinatio continua vel disjuncta. Illa* eſt, cùm à primo termino incipimus, gradatimque ad infimum ſeu ſpecialem deſcendimus, quæ combinatio eſt ſcientifica, paritque tabulam univerſæ Encyclopædiæ.

8. *Combinatio disjuncta* eſt, cùm terminos non proximos conjungimus inter ſe, ſed jam hos, jam illos. Nam vi univerſalis harmoniæ ſingu-

li cum ſingulis combinari queunt. Atque hæc combinatio eſt arbitraria, paritque infinitas diſſerendi methodos: Hujus verò radix & menſura eſt continua, nimirum ſcientifica terminorum & axiomatum ſcala.

XIV. *Hactenus de re meditandâ; ſequitur meditans* ſivè intellectus. *Intellectus eſt, ſpiritualis hominis facultas, quâ res cognoſcit.* Hujus videnda *natura & uſus* ſeu operatio.

XV. *Natura intellectus conſideratur communiter vel ſpecialiter.*

XVI. *Communiter*, de eo obſervanda ſunt ſequentia.

1. Cùm intellectus ſit *facultas*, habebit ſibi actum adjunctum, neque erit purus putus actus, ſed potentia, quæ poteſt actuari ſive perfici, ſed non pura puta potentia aut tantum paſſiva, ſed etiam activa, quæ re ipſa perficere poteſt.

2. Cum ſit *facultas ſpiritualis*, utique cognoſcit omnia: Spiritualis enim

enim natura capax est omnium rerum. Undè cognoscit & universalia & singularia, adeoque tùm unitatem tùm varietatem rerum. Hinc intellectus potest fieri omnia; sed cùm naturâ suâ possit fieri omnia, adeoque sit fermè infinitæ capacitatis, ob conditionem verò suam, (: per conditionem intellige statum privatum & publicum :) actu omnia fieri nequeat, necesse est, ut ens summum & infinitum, sit primum ipsius objectum: quo cognoscendo illud æquipollenter cognoscat omnia, secus appetitus naturalis nec satiaretur, nec consummaretur.

3. Cùm intellectus *facultas spiritualis sit, utetur utiquè mediis, modis, itemque organis spiritualibus.* Undè artium Logicarum, (: Lexicæ, Grammaticæ, Logicæ, Rhetoricæ, Oratoriæ & Mnemonicæ:) necessitas ac utilitas derivatur. Cùm intellectus sit *facultas hominis*, utique erit finita,

finita, adeoque finitæ capacitatis. Undè & *ingenioſa modeſtia*, & *ſolers prudentia* mentis humanæ deducenda eſt. *Modeſtia* potiſſimum in eo conſiſtit, ut inter themata comprehenſibilia accuratè diſtinguat, adeoque nec in exceſſu, nec in defectu peccet. *Solers verò prudentia tribus ſtratagematibus abſolvertur.*

α. Quod infinitam ſingularium multitudinem ad compendioſam fructuoſamque univerſalium unitatem revocet ac reducat. Nam omnium rerum maximè variarum ac diſperſarum ſeu diſſimilium multiplices radios inter ſe unit ac concentrat hæc reductio.

β. Quod multa non ſimul, ſed ſucceſſivè, magna non uno, ſed multiplici actu ſcrutetur: undè thematis & ecſtaſeos Platonicæ efficacia oritur. Hæc enim reductio vires mentis, ut prior vires entis concentrat. *Ecſtaſis Platonica eſt attentio illa mentis,*

tis, quâ rei meditandæ tota immergitur, & in vagatione cohibetur.

γ. Quod utatur ordine, & quidem lucifero, ita ut meditatio prior, sit via & scala sequentium. Hinc methodi oritur vis, quæ in studiis est quasi omnipotens.

4. Cum intellectus sit *facultas hominis*, homo autem sit corpus naturale, ubique certam habebit ad corpus humanum, ejusque dispositionem, habitudinem, quæ tamen habitudo ita explicanda est, ut spiritualium ac corporalium facultatum, tam differentia, quam concordantia, sarta tecta maneat. De quo præclaro naturæ mysterio observentur sequentia.

α. Cùm anima rationalis & intellectus hominis sint naturæ spirituales, neque quoad essentiam, neque quoad vires essentiales, neque quoad essentialem & intimam perfectissimamque operationem à corporeis

poreis pendere possunt.

β. Cùm anima & intellectus hominisnec contra, nec præter, sed juxta naturam suam organico hominis corpori uniantur, nihilque à naturâ frustra fiat; sequitur quod anima & intellectus ad expeditiorem plenioremque unionem, & congruo corporis statu, & præcipuorum ejus membrorum usu, tum indigeant, tum utantur. *Congrua* enim *unio necessariò infert communionem:* quò autem major est unitorum perfectio, eò & firmior est unio, & uberior efficaciorque communio. Hinc in naturæ anatome videre est, quod ea, quæ in corporibus sunt summa, cum iis uniantur, quæ in naturâ spirituali sunt infima. Ita enim aurea naturæ catena absolvitur.

γ. Cùm intellectus sensuum ope utatur, utique ea utetur in primâ, adeoque facillimâ suâ operatione. *Prima* autem *ejus operatio est receptio,*

quâ

quâ rerum extra positarum species sibi unit: adeoque vel novas sibi comparat, vel sibi inditas, sed sopitas excitat, ac quasi vivificat, ἀναξωπυρεῖ. Per inditas autem species, intellige tam innatas, quàm acquisitas, ita ut rectè dicatur nihil esse in intellectu perfectè, quin aliquo modo sit in sensu.

δ. Illa specierum receptio pedetentim & gradatim augetur, atque perficitur: tùm quia corpus hominis magis magisque matureſcit; tum quia species receptæ se mutuò immeando juvant; tum denique, quia ex iteratis actionibus habitus, i. e. agendi promptitudo oritur. Unde pro ratione ætatis ac status, est puerilis, crescens & adulta.

ε. Ex quibus omnibus! sequitur, quod mens meditari nequeat, nisi ipsi prima cogitationum materia, primigeniaquè semina suggerantur, quibus perceptis atquè contextis varia

cogi-

cogitationum, ut ita dicam, ædificia ac fructus ex se pariat.

§. *Receptio est naturalis* vel *arbitraria*. *Naturalis est*, quâ homo infans præsertim sensuum externorum beneficio, efficaciſſimorum sensibilium species haurit.

n. Receptio *arbitraria est*, quâ natura rationalis pro lubitu species haurit, *Estque ratione imprimentis* vel *percipientis*. *Illa* est, quâ naturâ intelligens, Deus, Angelus, homo, se homini communicat, ipsiquè species imprimit, sive id fiat explicitè, sive implicitè, quo pertinet linguarum commercium.

o. Receptio arbitraria *ratione recipientis* est, quâ mens meditans, se huic vel illi circulo, (qui est ordinatiſſimum rerum meditandarum syſtema, sic est ciculus juris, medicinæ, theologiæ, belli, legationis, &c:) applicat, quo primas cogitationum ansas percipiat; quæ applicatio

à quibuſdam Scholaſticis, vocatur occaſionatio: quo pertinent meditationes occaſionales Joſephi Hallii.

XVII. Sic de intellectûs naturâ communiter: *ſequitur conſideranda ſpecialiter*: Idque ratione *ſtatûs* vel *temperamenti*.

XVIII. Status hominis quadruplex eſt, *confectionis*, *defectionis*, *refectionis*, *perfectionis*.

XIX. In *primo* ſtatu intellectus habuit notitias innatas, ntegerrimas, efficaciſſimas, & ordinatiſſimas: ſenſus quoquè, eorumque uſum accommodatiſſimum.

XX. In *Secundo* ſtatu habet notitias mutilas, ſopitas ac confuſiſſimas, ſenſuumque uſum tùm difficilem, tùm perturbatum. Itaque in hoc ſtatu non ſolum remedia quærenda, verùm impedimenta etiam removenda. Nam mens noſtra non ſolum eſt tabula ſapientiæ vacua, verum etiam fracta, & ſtultitiæ lineamentis fœdata.

XXI.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [145] - 17
PUBLIC DOMAIN

XXI. In *tertio* ſtatu præcedentis ſtatûs imperfectiones pedetentim curantur, novæque ſupernaturales notitiæ imprimuntur, quæ innatas, earumque uſum excitant, corrigunt & urgent.

XXII. In *quarto* verò univerſa intellectus humani capacitas perfectiſſimè conſummatur, dum ſummo enti ac intelligibili intimè unitur. Horum ſtatuum confuſio eſt fœcundiſſima graviſſimorum errorum mater: Nam incognitorum morborum nulla vel rariſſima ſunt remedia.

XXIII. Ratione *temperamenti alia ſunt ingenia fortia & acuta*, quæ cogitationes figere, & in unâ re morari ac hærere, adeoque rerum differentias ſcrutari poſſunt: *Alia ſunt mobilia ac ſublimia*, quæ per varietatem rerum diſcurrendo, eorundem concordias agnoſcunt. Utrumque ingenium facilè labitur in exceſſum, prænſando aut gradus rerum aut umbras.

XXIV.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [146] - 18
PUBLIC DOMAIN

XXIV. *Vſus* ſeu operatio *humani intellectûs*, *eſt humana intellectio*, quæ nihil aliud eſt, quàm vitalis & repræſentativa aſſimilatio, quâ intellectus aſſimilatur rei meditandæ. De eâ practica quædam, eaquè generaliſſima conſectaria deducemus, quæ ſunt radices & normæ ſequentium.

1. Cùm meditatio ſit *connubium mentis & entis*, neceſſe eſt, ut mens noſtra cum rebus maritetur, & per res ipſas deducatur: quæ deductio, quo eſt frequentior, eò quoque meditatio erit uberior ac ſolidior.

2. Cùm detur ars meditandi generalis, *meditaturus duplicem poteſt & debet inire viam in quocunque themate*. Aliam communem & quaſi publicam ſeu regiam; aliam particularem & quaſi ſemitam. Ex priori oriuntur methodi quædam communes, quę pluribus thematibus magnâ cum gratiâ conveniunt. *Docet* itaque *prior ſapientiam*, *poſterior prudentiam*, quę verſatur circa ſingularia. 3. Cum

3. Cum meditatio ſit *aſſimilatio cognoſcentis & cogniti*, ſequitur, quod quò major erit proportio inter ea, eò major accuratiorque ſit cognitio.

4. Cùm ens in genere & in ſpecie conſideratum ſit adæquatum intellectûs objectum, ſitque indiſſolubilis omnium entium panharmonia, ſequitur quod omnes cogitationes ſe mutuò juvent ac promoveant. Nimirum non ſecus ac radii ſpecieſque ſenſiles, ſic & intelligibiles ſe immeant. Quæ immeatio non ſolum eſt ſimplex, ſed varie combinata. Unde terminus terminum multis modis reſpicit. Hinc argumenta logica conbinata accuratiſſime ſunt obſervanda, ne duorum terminorum habitudo uno argumento logico repræſentetur, niſi certa fiat propoſitio.

XXV. *Vſus artis meditandi eſt congrua ejus applicatio*, quâ ſecundum ejus præcepta ſic ens & mens conjunguntur, ut eorum inter ſe pro-

por-

portionatio requirit. *Eſtque reductio* vel *deductio.*

XXVI. *Reductio* eſt congrua terminorum meditationem abſolventium ad ſuam ſedem revocatio. *Eſtque mentis* vel *entis.*

XXVII. *Reductio mentis* nihil eſt aliud, quàm virium omnium intellectualium collectio, ſeu ad rem meditandam modo graduq; facta concentratio: quæ oritur ex repræſentatione ſympathiæ, tum facultatum humanarum inter ſe, tùm rei meditandæ cum illis, quæ vis ſympathiæ revocatur ad intelligibilitatem, volibilitatem, & poſſibilitatem. Atque hinc oriuntur omnia exordia, uti & generalis & ſpecialis ſcil: cum circumſtantiis, convenientia eſt ponderanda.

XXVIII. *Reductio entis* nihil aliud eſt, quam thematis ad ſua principia revocatio. Principia autem dicuntur notitiæ illæ, unde mens quàm facillime

cillime & accuratiſſime in thematis cognitionem deducitur: ita ut primò primarum cogitationum fontes hæc reductio oſtendat; adeoque ſit baſis omnis deductionis.

XXIX. *Reductio hæc eſt primitiva vel derivativa. Illa* eſt, quà homo, qui nihil aliud didicerit, aut inſtar nihil ſcientis ſe habet, thema revocat, ad inſitas notitias: quarum tabula ſolida metaphyſica repræſentat. Atque hæc à quolibet homine inſtitui poteſt, inventarumque artium examen eſſe debet.

XXX. *Reductio derivativa* eſt, qua thema revocatur ad Encyclopædiam, prædicamenta, & tabulam thematum, quæ reductio præſcribit meditationis doſin.

XXXI. *Deductio* eſt collatio mentis, qua ipſa rem quamlibet comparat cum qualibet, ut ſe mutuò notificent. Hæc deductio eſt imperſcrutabilis mentis immeatio & praxis, eſt-

estque altera humanæ meditationis columna, omnisque inventionis fons. *Hæc mentis* (immeatio) *deductio consideratur communiter vel specialiter.*

XXXII. In *genere* de ea notentur sequentia.

1, Universa Encyclopædia, omnes & singulæ disciplinæ habeantur pro circulis concentricis, thema pro centro; atque à singulis eorum partibus, ad singulas mens ducat lineas per centrum: quæ mentis agitatio ac circumspectio gubernatur à ratione.

2. Ut immeatio terminorum est primitiva vel derivativa; & hæc binaria, ternaria, &c: Sic quoque mentis seu cogitationum immeatio est binaria, ternaria. Itaque termini qui non possunt immediate conjungi, jungantur mediante termino uno, duobus, vel pluribus: idque variis modis; extensi enim termini necessariò radios suos communicāt.

XXXIII.

XXXIII. *Specialiter* deductionis videndæ sunt *divisiones, fundamenta distincta*, & *modi*.

XXXIV. *Divisiones deductionis insigniores sunt tres*: 1a. *Scientifica* vel *popularis*. 2. *homogenea* vel *heterogenea*. 3. *simplex* vel *mixta*.

XXXV. Deductio *scientifica* est, quæ fit per terminos themati proximos, seu maxime essentiales, adeoque se fundat in terminis primis. *Popularis* est, quæ fit per terminos remotiores, adeoque se præcipue fundat in captu percipientium. Illa sit mensura hujus, non rarò autem in magnis authoribus prudens utriusque fit temperamentum, ita ut scientifica soliditatem, popularis perspicuam suavitatem dissertationis præstet. Talis mixtura & quidem prorsus divina occurrit in sacris literis, quarum analysis frequentissime instituenda & artificium imitandum. *Ex hac differentiâ quoquè fluit, quod alia*

ingenia

ingenia sint scholastica, alia symbiotica, alia ex utroque mixta, quæ nobilissima.

XXXVI. Deductio *homogenea* est, quę fit per circulos generales & proprios: *Heterogenea*, quæ per circulos alienos. Circuli autem proprii sunt, ad quos reducendum est thema. Prior deductio est potior, sequentisque norma, præsertim in applicatione & probatione; posterior in explicatione potissimum sese exerit.

XXXVII. Deductio *simplex* est, quæ uno modo: *Mixta*, quæ multis modis fit. Illa est consensionis, quæ nititur convenientia terminorum, producitque modos differendi affirmatos: vel dissensionis, quæ nititur terminorum disconvenientiâ, paritq; modos differendi negatos. Utramque conjungit meditator veritatis, scil: legum oppositionis debitus usus & applicatio.

XXXVIII. *Fundamenta* deductio-

nis *distincta*, sunt tres illi ejus campi, in quibus & ex quibus omnem suum cursum potest ac debet absolvere: nimirum *campus experientiæ*, *rationis* & *authoritatis*.

XXXIX. *Campus experientiæ* est, qui omnia sensibus obvia suggerit. Hic est primus campus, omnibusque rectâ ratione utentibus in promptu. Undè etiam ad inventionem simpliciter primam facit. Quibusdam vocatur *Sigillum universitatis*.

XL. *Campus rationis* est, qui omnia nobis per discursum cognita sivè â nobis inventa, sive ab aliis tradita ea sint, suggerit. Hic est secundus & hoc tempore usitatissimus campus: à quibusdam vocatur *Sigillum Encyclopædiæ*.

XLI. *Campus authoritatis* est, qui omnia ea, quæ ob tradentis congruentiam credimus, nobis suggerit. Ejus usus in divinis est summus, in practicis haud vulgaris, in theoreticis,

cis, præsertim obscurioribus, exiguus. Magnum autem operæ pretium est, si quis ejusmodi sententias juxta Encyclopædiæ locos communes sibi reddat familiares. Hic campus à quibusdam vocatur *Sigillum authorum.*

XLII. *Modi deductionis sunt regulæ, illæ utilissimæ*, juxta quas meditatio conferens institui debet. Suntque *tres seqq.*

1. Meditaturus percurre universum mundum. i. e. macrocosmum & microcosmum, eumque applica themati. Hoc fit beneficio sensuum externorum, & internorum, præsertim memoriæ ac lexicorum.

2. Meditaturus percurre omnes & singulas disciplinas, easque applica themati. Hoc fit beneficio indicum & compendiorum.

3. Meditaturus percurre omnes illustres sententias, easque applica themati. Hanc ad rem requiritur tabula, quâ illustres gnomæ, chriæ,

proverbia, hiſtoriæ, apophtegmata, parobolæ, emblemata, hieroglyphica juxta naturalem disciplinarum ordinem disponuntur. Hæc dissertationi summam conciliat gratiam.

XLIII. *Huc usque fuit ars meditandi generalis, sequitur specialis*, quæ specialia præcepta tradit. Hæc meditationum varietatem persequitur, docetque meditandi prudentiam, in quâ consistit artis colophon. Prudentiam meditandi natura incipit, ars corrigit ac dirigit, exercitatio cum experientiâ perficit. Estque in congruâ applicatione vel varietate meditationis, modoque acquirendi facultatem dextrè meditandi.

XLIV. *Congrua applicatio meditationis* est, generalium ejus præceptorum, ad specialem personarum differentium, circumstantiarum ac modorum differendi, statum accommodatio.

Persona differens est prima, proponeus.

nens. v. g. Orator, concionator, advocatus: *Secunda*, percipiens. v. g. auditor, judex; vel *tertia*, de quâ disseritur. v. g. DEVS. In singulis perpendenda facultas cognoscendi, appetendi & exequendi.

Circumstantia est locus vel tempus.

Modi differendi sunt varii, iique simplices vel mixti. Simplices, theoretici, contemplativi: vel practici, scil: activi vel factivi.

XLV. Meditationem varietas oritur à varietate meditantium, meditandorum, modorumque meditandi.

XLVI. *Meditantium varietas est privata*, ratione sexus, ætatis, temperamenti, nobilitatis, fortunarum: *vel publica*, ratione statûs & officii.

XLVII. Varietas meditandorum petitur à disciplinis: sicque *est generalis*, de arte catholicâ; *vel specialis*, Philosophica, Medica, Juridica, Theologica, vel Mechanica.

XLVIII. *Varietas modorum meditandi est generalior vel specialior.* Generalior est, quod sit simplex vel combinata. Simplex, genesis vel analysis.

XLIX. *Genesis* est novæ meditationis è suis principiis inventio. *Analysis* est inventæ meditationis in sua principia resolutio.

L. Combinata varietas modorum meditandi est Genesi-Analysis, vel Analysi-Genesis, & commentarius. Combinatæ meditationis progressio est infinita.

LI. Varietas modorum meditandi *specialis* oritur ex Symbioticâ. Sic est doctrina, colloquium, epistola, oratio, consultatio, accusatio, stratagema, fortificatio, oppugnatio, & uno verbo omnium hominum cogitata, dicta ac facta sunt meditationes.

LII. *Modus acquirendi facultatem dextrè meditandi, continetur his criteriis.*

1. Diligens deductio, copiam, accu-

accurata reductio, delectum meditationis, docebit. Id autem seligendum, quod paulò antè dictis est congruentissimum.

2. Hæc ars omnium omninò artium mater, nutrix & regina, discitur jugi genesi & analysi.

3. Genesis est, quâ singulis diebus saltem unam definitionem, distributionem, regulam, similitudinem, rationem, &c: ipsimet proprio Marte excogitamus.

4. Analysis est, quâ aliorum meditationes in principia supra tradita resolvimus, eosque imitamur. Singulis itaque diebus aliquid resolve, vel ex Bibliis, vel Corpore Juris, vel Hippocrate, vel Platone, Aristotele, vel ex mechanicis, vel aliis probatis authoribus, puta insigni Oratore, Juris-Consulto, epistolà, Poëta. &c: vel actiones quasvis obvias, puta mechanicas, symbioticas. &c: Sic experieris omnes omnium hominum

actiones probas, nihil esse aliud, quam proportionales rerum combinationes.

FINIS.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [160] - 32
PUBLIC DOMAIN


CONSILIVM DE STUDIIS

Fæliciter instituendis: quod cum artificio meditandi conferri debet.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [161] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [162] - -

PUBLIC DOMAIN

CONSILIVM DE STUDIIS

Fæliciter inſtituendis: quod cum artificio meditandi conferri debęt.

I. COnſilii hujus videbimus *finem, fontes & media.*

II. *Finis* eſt, ſolida, commoda ac fructuoſa eruditio. Eruditio *Solida* eſt, quæ certis principiis ac fundamentis innititur: *Commoda*, quæ diſcentis ingenium non opprimit, vel enecat, ſed facilitate ſua ſublevat ac exhilarat: *fructuoſa*, quæ omnia praxi metitur, redditque hominem ad converſationem ſe ſuoque ſtatu dignam, non ineptum ſed aptiſſimum. Fugit itaque futilitatem, nimiam

nimiam difficultatem, ac ruſticam in converſatione ſtupiditatem.

III. *Fontes* hujus conſilii petuntur vel à *rerum diſcendarum*, vel à *perſonæ diſcentis*, vel *ab ipſorum ſtudiorum*, natura & ſtatu.

IV. *De naturâ rerum diſcendarum obſerventur ſequentia.*

1. Omnes res ab una, juxta unam, ad unam, emanant, manant, ac remanant.

2. Ideoque omnes res inter ſe ſunt harmonicæ, ſeque matuò reſpiciunt ac afficiunt.

3. Et regnum naturæ, gratiæ & gloriæ ſunt proportionalia inter ſe.

4. Itemque ſpiritualia corporeis, hæc & ſibi & illis ſunt proportionalia.

5. Inprimis ſe exerit hæc harmonia ac immeatio in ſocietatibus humanis, nimirum domeſtica, ſcholaſtica, eccleſiaſtica & politica.

6. Undè omnes quoque diſciplinæ

næ ſunt harmonicæ inter ſe: totæ ſcil: totis, partes, partibus. Eſtque in exhauſtum inter eas commercium, ita ut ſe mutuò notificent. i. e. explicent, probent, multiplicent & amplificent.

7. Uudè qui vult excellere in unâ, debet habere cognita fundamenta omnium. Omnes enim conveniunt in uſu, & qui habet cognita fundamenta omnium, facilè excellit in unâ.

8. Nec ordinata diſciplinarum varietas ingenium perturbat, ſed acuit & firmat: quia omnis ordinata varietas poteſt & debet revocari ad unitatem.

9. Ideoque quoad præcepta, diſtinguendæ, quoad uſum, conjungendæ non diſcerpendæ ſunt diſciplinæ.

10. Uno verbo. Omnes & ſingulæ diſciplinæ conſtituunt unicam, vivam & fructuoſam arborem: cujus radices ſunt axiomata, vel natura no-

ta,

ta, vel à Deo revelata: truncus, disciplina catholica & prima, (quam scholastici per Metaphysicam volunt innuere:) itemque Logica & Grammatica generalis: rami, Philosophia, Theologia, Jurisprudentia, Medicina & Mechanica: fructus, actiones homine Christiano dignæ, sive sint consilia, sivè consiliorum executiones. Hujus arboris radices & semina cuilibet studioso sunt comparanda.

V. *De Personâ discente observentur sequentia.*

1. Etsi quod libet ingenium per se sit capax disciplinæ cujuslibet, tamen aptius est huic potius, quàm illi studio.

2. Etsi persona cujuscunque statûs utiliter sciat singularum disciplinarum fundamenta, attamen ea potius tractet studia, quæ vocationi ipsius maximè conveniunt.

3. Etsi quovis tempore ac quovis

vis loco, quævis ſtudia tractari poſſunt, ea tamen præcipuè urgeantur, quæ illi tempori, illiquè Reipubl: in quâ vivere vis, ſunt accommodatiſſima.

VI. *De ſtudiis obſerventur ſequentia.*

1. Studia hominis ingenium nec corrumpant, nec perturbent, nec onerent, ſed perficiant, corrigant & ſublevent.

2. Studia ſiut harmonica, i.e. non fiat inter diverſarum diſciplinarum ſtudia divortium, ſed æternum connubium: ut infinitis modis inter ſe juncta infinitos fructus pariant. Sic nihil didiceris in unâ diſciplinâ, qūin ſimul proficias in ſingulis.

3. Studia ſint practica, i.e. talia, quæ manifeſtum in vitâ communi habeant uſum: ut te reddant vel ſapientiorem, vel meliorem, vel ad res exequendas promptiorem. Otioſas nugas ac futiles ſubtilitates, tanquâm peſtes, vites.

4. Stu-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [167] - 7
PUBLIC DOMAIN

4. Studia sint temperamento, statui & conditioni, tempori ac loco discentis congruentissima: eaque potius urgeantur, quæ ad scopum tuum faciunt.

5. Scopus studiorum sit fixus, ac prudenter à te, aut ab amicis tuis selectus, sitque excellens. Itaque desoperam, ut firmum acquiras habitum, quo expedite, artificiose, & fructose eò possis uti: nec sequaris plæroſque, qui putant se satis doctos, si aliquam dispositionem sint adepti.

6. Distinguas inter studia memoriæ & intelligentiæ. Illa in juventute; hæc in graviori ætate sunt urgenda.

VII. *Sequuntur media hujus consilii*, quorum beneficio solidam eruditionem facile possis adipisci.

VIII. Media illa sunt *communia*, *vulgaria*, vel *singularia*. *Illa* agunt de præceptoribus, diligentiâ, peregrinatio-

natione, similibusque: de quibus nihil dicemus, eò quod ea ubique sint obvia. *Singularia* sunt, quorum ope haud parum vulgaris via corrigitur ac superatur. Nos ea proponemus, revocabimusque ad duo capita, nempe ad instrumenta & instrumentorum usum.

IX. *De instrumentis sic habendum.*

1. Des operam ut firmiter tibi inprimas triplicem tabulam: nimirum Encyclopædiæ, prædicamentorum, & terminorum communium.

2. Tabula Enclyclopædiæ est, ordinata omnium disciplinarum idea: seu exacta disciplinarum compendia, ita inter se connexa, ut catenæ instar cohæreant: tibique tàm familiaria, ut in qualibet meditatione ea possis memoriter percurrere à capite ad calcem. Inprimis requiritur cognitio terminorum, definitionum, distributionum præcipuarum, & axiomatum. Axiomata autem seu sententiæ

tentiæ colliguntur juxta seriem disciplinarum.

3. Tabula prædicamentalis est, ordinata omnium terminorum à primo scil: ente, usque ad infimos (individuos) subordinatio. Hæc parit scalam entis ac mentis, ut nullo negotio possis descendere à generalissimis ad specialissima.

4. Tabula terminorum communium est series omnium illorum terminorum, ex quibus variâ combinatione omnes omnium disciplinarum termini oriuntur, ac in quos ultimò resolvuntur.

5. Hæ tres tabulæ sint semper tibi instar Alphabeti, aut abaci Pythagorici, ut per eas mentis tuæ operationes possis facere numerationem & computationem. i. e. additionem & subductionem.

X. *Usus instrumentorum* est congrua eorum usurpatio & applicatio. *Ejus occurrunt partes & modus.*

XI. Par-

XI. *Partes* sunt Genesis vel Analysis. Genesis est novæ meditationis ex suis principiis productio. Analysis est factæ meditationis in sua principia resolutæ dijudicatio. Meditatio combinata est Genesi-Analysis vel Analysi-Genesis. Hinc frequenter resolvas oportet bonos authores, ut ipsorum artificium observes. Tot autem sunt Geneses & Analyses, quot sunt disciplinæ, earumquè partes.

XII. *Modus utendi instrumentis* est *abstractus* vel *concretus*.

XIII. *Abstractus* modus est *Reductio* vel *Deductio*.

XIV. *Reductio* est thematis ad suam disciplinam, prædicamentum, & generalem tabulam revocatio. Hæc tollit & cohibet evagationem mentis & suggerit principia: undè est fons & norma deductionis.

XV. *Deductio* est reducti thematis cum tabulis collatio. Hæc potest exten-

extendi in infinitum. *Eſtque generalis*, per diſciplinas generales, nimir: Logicam, Rhetoricam, & Metaphyſicam: *vel ſpecialis*, per diſciplinas ſpeciales. Et *hæc eſt homogenea* vel *heterogenea*.

XVI. *Deductio homogenea* eſt, quæ fit per illam diſciplinam, ad quam pertinet thema, quæ eſt palmaria.

XVII. *Deductio heterogenea* eſt, quæ fit per reliquas diſciplinas, & quidem primò per viciniores, tùm per remotiores.

XVIII. *Modus* inſtrumentis utendi *concretus* eſt, quæ generalia ſpecialiter applicando, cum illâ facultate hæc præcedentia conjungit, quam ex inſtituto diſcimus: *Conſideratur in genere vel in ſpecie*.

XIX. *In genere, de eo notentur ſequentes regulæ*.

1. Illæ potiſſimum tabularum partes, ut rectè iis uti poſſis, tibi ſunt

sunt excolendæ, quæ maximè faciunt ad tuum institutun studium.

2. Tabulam terminorum communium, tanquàm omnis eruditionis basin, totam percalleas.

3. Sic instituas tua studia in facultate eâ, quam discis, ut alias ne penitus negligas, sed singulis annis, singulas disciplinas, saltem obiter, repetas.

XX. *In specie modus ille concretus est Philosophicus, Medicus, Iuridicus, Theologicus, vel Mechanicus.* In his omnibus nullâ re, nisi generalium congruâ applicatione, opus est, quo pacto tota res erit confecta. Sic *in studio Iuris hæc erunt agenda.*

1. Primò ac præcipuè tibi imprime idoneum Lexicon, Grammaticam, Logicam, Rhetoricam, Metaphysicam, Ethicam, Politicam, Physicam, Geographicam, & Historicam.


2. In tabulâ prædicamentali, tabulam

bulam ſubſtantiarum & relationum totam ediſcas.

3. Da operam, ut principia Grammatica, Logica, Rhetorica, Metaphyſica, Juriſprudentiæ applicata, habeas in promptu: tum in ſuccum & ſanguinem converte methodum juris, ut Juriſprudentiam Romanam Vultei, jus Canonicum Lanceloti. Compendiis cognitis redde tibi familiarem Tabulam totius corporis juris, ut quamcunquè materiam juridicam ad ſuam ſedem revocare, ſicquè revocatam, cum omnibus juris titulis conferre queas.

FINIS.


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [174] - 14
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [175] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [176] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [177] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [178] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [179] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [180] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [181] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [182] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 1, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 1, [183] - -

PUBLIC DOMAIN